



Euendo in xpi isto  
 patri dno Ambaldo  
 basilice. xii. aplo:um  
 venabili prespitero  
 cardinali. frater tho  
 mas de aquino ordiis  
 fratꝝ predicatoꝝ.  
 se totum. Serum  
 opifex deus solo suo  
 bonitatis intuitu.  
 cuncta in esse produ  
 cens naturalē boni

amorem omnibus indidit creaturis. vt dum vna  
 queq; res bonum sibi conueniens naturalitꝝ amat  
 et appetit. quadam conuersione mirabili. in suum  
 recurrere demonstratur auctoreꝝ. Sed in hoc pre  
 fertur ceteris rationalis natura qꝝ ipm vniuersales  
 bonitatis fontem per sapientiam intueri potest.  
 et per caritatis amorem suauiter degustare. Vñ  
 fit vt sapientie bonum quo ad ipm fontem boni  
 tatis accedimus. omnibus humanis bonis. sm rec  
 te rationis iudicium preferatur. Hec est em que  
 fastidium nescit. ita vt qui eam edit adhuc esuriat  
 et qui eam bibit sitire non cesset. Hec est que in  
 tantum peccato repugnat. vt qui sm ipam opan  
 tur non peccent. Hec est que indeficientem fruc  
 tum suis ministris largitur. vt qui eam elucidant  
 vitam possideant sempiternam. Preceffit itaq;  
 voluptates dulcedine securitate. Sedes et reg  
 na utilitate diuitiasq; vniuersas. Huiusmodi igitꝝ  
 delectatus muneribus euangelice sapientie a secu  
 lis in misterio abscondite quam in luceꝝ pduxit  
 dei sapientia incarnata. ministerium expositionis  
 adhibui. factorum doctorum sententias opilādo  
 Ad quod me induxit primitus felicitis recordatio  
 nis Urbani pape quarti mandatum. Verum quia  
 eo summo pontifice ex hac vita subtracto tria euā  
 gelia. marci. luce et iohannis. exponēda restabāt  
 ne opus quod obedientia inceperat negligentia  
 imperfectum relinqueret cum multo labore dili  
 gens adhibui studium vt quatuor euangeliꝝ  
 expositionem oplerem. eadem in omnibus forma  
 serua ta imponendis sanctorum auctoritatibus. et  
 eorum nominibus prescribendis. Et vt magis in  
 tegra et grmua predicta sanctorꝝ expositio red  
 deretur. quasdam expositiones doctorꝝ grecoꝝ  
 in latinum feci transferri. ex quibus plura exposi  
 tionibus latinoꝝ doctorꝝ interserui auctoꝝ noi  
 bus. prenotatis. Vñ quia congruit vt de laborꝝ  
 fructibus oblationes sacerdotibus offerantur. ex  
 positionis euangelice opus laboris mei fructum  
 apostoloꝝ prespitero censui offerendum. In quo  
 vestra suscipiat auctoritas debitum scientis indus  
 tria iudicij censuraz exerceat. Et antiqua dilectio  
 amoris affectum in offerentis munere oprehēdat

•GLOSA•

**O**rationem gentium. et causam salutis  
 eaz ysaiaꝝ ppha manifesto prenunciat  
 oraculo dicēs. Deus meus factus est for  
 titudo mea. et dixit. pax est vt sis mihi  
 seruꝝ ad suscitandas tribus iacob. et feces israhel  
 ouertendas. Dedi te in lucem gentium vt sis salꝝ

mea vsq; ad extremum terre. Hier. super ysaiaꝝ  
 in quibus verbis onditur xpm appellari seruum.  
 inqꝝ tum est formatus ex utero. Nam ante verba  
 ista premitte. Hec dicit dñs formans me ex vto  
 seruum sibi. fuerat siquidem voluntas patris. vt  
 pessimi vnitores missum susciperent filium. vnde  
 et ipse xps ad discipulos loquitur. In viam gentiū  
 ne abieritis. s; ite magis ad oues perditas domus  
 israhel. Quia igitꝝ israhel non est reductus ad deū  
 apterea dei filius loquitur iudeis non credentibꝝ  
 dicens. Deus meus factus est fortitudo mea. qui  
 et consolatus est me super adiectione populi mei. et  
 dixit mihi ad suscitandas tribus iacob. que suo vi  
 tio corruerunt. et ad feces siue reliquias israhel  
 ouertendas. Pro illis em dedi te in lucem gentiū  
 omnium vt illumines vniuersum mundum. et salu  
 tem meam per quam homines salui fiunt vsq; ad  
 extrema terre facias peruenire. Glo. Ex pmissis  
 igitur verbis duo possumus colligere. quozꝝ pri  
 mum est. diuina virtus que fuit in xpo. ex qua ef  
 ficax fuit ad gentium illuminationem. quia dicitꝝ  
 Deus meus factus est fortitudo mea. Deus igitur  
 erat in xpo mundum reconcilians sibi vt apostolꝝ  
 ad cor. dicit. Vnde et euangelium per quod cre  
 dentes saluantur. virtus dei est in salutem oī cre  
 denti. vt idem apostolus ad romanos dicit. Scdm  
 autem est illuminatio gentium. et salus mundi ex  
 dispositione patris per xpm completa. quia dicitꝝ  
 Dedi te in lucem gentium. Vnde post resurrectio  
 nem suam. dñs vt dispositionem patris impleat  
 ad predicandum discipulos misit dicens. Docete  
 omnes gentes. Quozꝝ quidam ad predicandum iu  
 das. quidam ad predicandum gentibus ministeri  
 um acceperunt. Quia vero euangelium oportuit  
 non solum predicari ppter pntes. sed etiam scribi  
 ppter futuros eadeꝝ distinctio est in scriptoꝝ  
 euangeliꝝ obseruata. Nam matheus iudeis euang  
 gelium hebraico sermone scripsit. Marcus autem  
 primus euangelium scripsit in gentibus. Euse  
 in ecclesiastica hystoria. Cum em rōne vbi claz  
 verbi dei lumen fuisset exortum. sermo veritatis  
 et lucis qui per petrum predicabatur vniuersozꝝ  
 mentes placido illustrauit auditu. ita vt quotidie  
 audientibus eum nulla vn qꝝ facietas fieret. Vnde  
 neq; eis auditio sola sufficiebat. s; marcum discipu  
 lum eius omnibus precibus exorant. vt ea que ille  
 verbo predicabat ad perpetuam eozꝝ omnicōꝝ  
 habendam scripture traderet. quo domi forisq;  
 in hōi meditacionibus verbi permanerent. nec  
 prius ab obsecrando desistunt. quam que orau  
 rant impetrarent. Et hec fuit causa scribendi euā  
 gelium sm marcum. Petrus vero vt per spiritum  
 sanctum religioso se compit furto spoliatum dele  
 ctatus est fidem eozꝝ per deuotionem. que confi  
 derans. factumq; confirmauit. et in perpetuam le  
 gendam scripturam ecclesijs tradidit. Hieroꝝ.  
 super marcum. Principium autem qꝝ a perfectio  
 nis etatis xpi predicatione inchoat. nec laborat  
 in natiuitate infantuli qui loquitur de perfectōe  
 filij dei. Chrysost. Compendiosam aut ac breuem  
 narrationem facit. In quo magistrum imitatus ē  
 scꝝ petꝝ breuitati studentem Aug. de consensu

euange. Vnde matheus qui regiam xpi personam narrandam suscepit habuit marcum sibi tanquam comitem et abbeuatozem adiunctum qui sua vestigia quodammodo sequeretur. Regum enim est non esse sine comitum obsequio. Sacerdos autem qui in sancta sanctorum solus intrabat. propterea lucas est circa sacerdotium xpi erat intencio non habuit tanquam socium obsequentem. qui suam narrationem quodammodo breuiaret. Beda. Notandum est etiam quod euangeliste sancti diuersum narrationis sue primordium singuli diuersum statuere terminum. Matheus namque a natiuitate dominica exordium sumens ad tempus usque dominice resurrectionis seriem sue narrationis perduxit. Marcus ab initio euangelice predicationis incipiens peruenit usque ad tempus ascensionis domini. et predicationis discipulorum eius cunctis gentibus per orbem. Lucas a natiuitate precursoris inchoans euangelium terminauit in ascensione domini. Iohannes ab eternitate verbi dei principium sumens usque ad tempus dominice resurrectionis euangelizando pertingit. Ambrosius super lucam. Quia igitur marcus a potestate cepit expressione diuine recte sub leonis imagine figuratur. Remigius super matheum Per leonem etiam signatur Marcus quia sicut leo. terribilem vocem in deserto emittit. sic marcus a voce in deserto incepit dicens. Vox clamantis in deserto Aug. de concordia euangelii. Quauis et de figura aliter dici possit. Marcus enim qui neque stirpem regiam ut matheus ob hoc per leonem significatus neque sacerdotalem ut lucas signatus per vitulum vel cognationem vel consecrationem narrare voluit. et tamen in eis versatus ostenditur que homo christus operatus est per hominis figuram in illis quatuor animalibus signatus videtur. Theophrastus vel euangelium secundum marcum aquila inuit a prophetia enim iohannis incepit. Prophetia vero acute que alonge sunt speculat ut aquila

**Initium euangelij iesu christi filij dei.**

Videro in prologo Marcus euangelista sacerdotium in istabel agens secundum carnem.

Leuita ad dominum ouersus euangelium in ysaia scripsit. ostendens in eo quid et generi suo deberet christus. Nam initium euangelij in voce prophetice exclamationis instituit. ordinem leuitice electionis ostendit. predicans iohannem zacharie filium in voce angeli emissum dicens. Initium euangelij iesu christi. Videro. euangelium grece dicitur. latine bona annunciacio predicatur quod proprie ad regnum dei et remissionem pertinet peccatorum. Etenim euangelium per quod venit redemptio fidelium et beatitudo sanctorum. Quatuor autem euangelia unum sunt et unum quatuor. In hebreo iesus in greco soter in latino saluator dicitur. Christus autem grece. messias hebraice. Latine unctus id est rex et sacerdos dicitur. Beda. Conferendum autem est hoc euangelij principium. principio mathei quo ait. Liber generationis iesu christi filij dauid filij abraham. Vnde autem dicitur filij dei. Ex utroque enim vnus dominus iesus christus. dei et hominis filius est intelligendus. Et apte primus euange-

lista filium hominis eum. secundus filium dei nominat. ut a minoribus ad maiora paulatim sensus noster assurgeret. ac per fidem et sacramenta humanitatis assumpte. ad agnitionem diuine eternitatis ascenderet. Aptum etiam qui humanam erat generationem descripturus a filio hominis cepit. Dauid scilicet siue abraham. Aptum etiam is qui librum suum ab initio euangelice predicationis inchoabat filium dei magis appellare voluit iesum christum quia humane erat nature de progeme patriarcharum veritatem carnis suscipere. Et diuine fuit potentie euangelium mundo predicare. Videri super lucam. Non autem solo nomine ostensus est christum filium dei. sed etiam proprietate. Nihil enim filij dei sumus si non talis hic filius. hic enim verus et proprius est filius origine. non adoptione. veritate. non nuncupatione. natiuitate non creatione.

**Sicut scriptum est in ysaia propheta Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te Vox clamantis in deserto pate vias domini. rectas facite semitas eius.**

Beda. scripturus euangelium marcus agrue primo pontestimoniam prophetarum. ut eo ceteris sine scrupulo dubietatis suscipienda que scriberet intimaret. quo hec a prophetis antea predicta esse demonstraret. Simulque vno eodemque euangelij sui

principio. et iudeos qui legem ac prophetas susceperant. ad suscipiendam euangelij gratiam ac sacramenta que ipsorum prophete predixerant. instituit. Et gentiles qui per euangelij precomam ad dominum venerant. ad autoritatem que legis et prophetarum suscipiendam veniendamque prouocat. Vnde dicit. Sicut scriptum est in ysaia propheta. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Videro. de optimo genere interpretandi. Hoc autem non scribitur in ysaia sed in malachia in nouissimo. et prophetarum. Christus. Potest autem dici quod falsitas est scriptoris. Vel aliter dicitur quod duas prophetias in diuersis locis dictas a duobus prophetis in unum agregans posuit. In ysaia enim propheta post ezechie describitur hystoriam. Vox clamantis in deserto. In malachia vero. Ecce mitto angelum meum. Secundus igitur euangelista duas prophetias posuit ut ab ysaia dictas et ad vnam lectionem hoc referens. Tacens vero a quo dicat. Ecce ego mitto angelum meum. Augustinus de questionibus euangelii. Sciens enim omnia ad autorem referenda dicta hec ad ysaiam reuocauit. qui sensum istum prior intimauerat. Demum post verba malachie statim subiicit dicens. Vox clamantis in deserto. ut iungeret verba vtriusque prophete ad vnam sensum pertinentiam sub prioris prophete persona. Beda. Vel aliter intelligendum est. quod et si non hec verba inueniuntur in ysaia sensus tamen eorum inueniuntur in multis alijs locis. et manifestius in hoc quod subiungit. Vox clamantis in deserto. Nam quod dixit malachias mittendum angelum ante faciem domini qui prepararet vias eius. hoc est quod dixit ysaias. vocem clamantis in deserto audiendam que dicit. pate

viam domini. In utraq; autem sententia similiter paranda via dñi predicatur. Potuit autem fieri. ut animo marci euangelium ascribentis pro malachia ysaias occurreret. ut fieri solet. quod tñ sine ulla dubitatione emendaret. saltē ab alijs admittus. qui iſo adhuc in carne viuente legē potuerunt. nisi cogitaret recordationi sue. que sancto spū regebatur. non frustra occurrisse aliud pro alio nomen prophete. Sic em̄ insinuantur q̄cunq; per prophetas spūssandus dixit. et singula esse omnium et omnia singulorū. Hiero. per malachiam ergo patris vox sonat ad filium. qui est facies patris vnde agnitus est. Beda. angelus autem vocatur iohannes non nature societate. iuxta heresim Origenis. s; officij dignitate. Angelus em̄ grece. latine nūci⁹ dicitur quo nomine recte appellari potuit homo ille. qui fuit missus a deo. ut testimonium phiberet de lumine. et veniētē in carne dñm mundo nunciaret. cum ostet omnes qui sacerdotio funguntur ob euangelizandi officium angelos posse vocari. Dicente propheta malachia. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. et legem requirunt ex ore eius. qz angelus est dñi exercituum.

Theoph. Precursor igitur xp̄i angelus dicitur propter vitam angelicam et reuerentiā excelsam. Quod autem dicitur. Ante faciem tuam. hoc significat quasi diceret. iuxta te est nuncius tuus. vñ ostendit p̄pinitas p̄cursoris ad xp̄m. Etenim iuxta reges ambulant qui p̄pini qui sūt magis. Sequitur. Qui preparabit viam tuam ante te. Per baptismū em̄ preparauit animas iudeorū ut xp̄m susciperent. hiero. Vel via domini qua ad homines ingrediē penitencia est per quam deus ad nos descendit et nos ad illum ascendimus. Vñc autem micū predicacionis iohannis fuit penitentiā agite. Beda. Sicut autem iohannes angelus potuit vocari pro eo qz faciem domini euāgelizādo p̄uenit. ita recte appellari et vox potuit. quia verbū dei sonando p̄rebat. Vnde sequit̄. Vox clamantis in deserto. Constat em̄ qz vñgenitus fili⁹ verbū patris vocat. et ex ipsa nostra locutione cognoscimus. quia prius vox sonat ut verbum postmodū possit audiri. Hiero. Dicitur autem vox clamantis quia clamor ad surdos et longe positos siue cū in dignatione fieri solet. que iudaico certum est populo euenisse. dum longe est a peccatoribus salus et aures suas obturauerūt sicut aspides surde. et indignationē. et iram et tribulationē ap̄o audire meruerūt. Chrys. Per hoc autē qz dicitur. In deserto. manifeste ostendit p̄phetia. nō in hierusalē diuina fieri dogmata. sed in deserto. Quod implebatur ad litteram iohāne baptista in deserto iordanis verbi dei apparicionem salutiferamp̄dicāte. Ostendit etiam sermo p̄pheticus. p̄ter desertum quod a moysē ostensum fuit. vbi semitas faciebat aliud esse desertum. in quo p̄sentem esse salutē xp̄i p̄dicabat. Hiero. Vel in deserto fit vox et clamor quia deserti erāt a spiritu dei. sicut dom⁹ vacans et scopata. deserti etiam a p̄pheta. Rege atque sacerdote. Beda. Quid autem clamaret aperit cum subditur. Parate viam domini. rectas facite semitas eius. Omnis em̄ qui fidem rectam et opa bōa

p̄dicat. quid aliud qz venienti domino ad corda audiencium viam parat. ut hec scilicet cordavis gr̄e penetrat. Et lumen veritatis illuſtret. Rectas autem semitas facit. dū mundas in animo cogitacōs p̄ sermonem p̄dicacionis format. Hiero. Vel aliter Parate viam domini. hoc est penitenciam agite. et p̄dicare. Rectas facite semitas eius ut via regia incedentes. proximos nostros ut nos et nosmetipsos ut proximos diligamus. Qui em̄ semetipsum diligit et non diligit proximū. ad dexterā declinat. Nam multi bene agunt et bene non corrigunt ut fuit hely. Et qui semetipsum odiens proximū diligit. ad sinistram diuertit. Multi em̄ bene corrigunt s; non bene agunt. ut fuerunt scribe et pharisei. Semitas autem post viam sequuntur. quia mandata moralia post penitenciaz explanantur. Theoph. Vel via est nouum testamentum. Semite vero vetus quasi attritum. ad viam enim necesse erat preparari. scz ad nouum testamentum Veteris autem te semitas rectas fieri oportebat.

Fuit iohānes in deserto baptizans et p̄dicās baptismum penitencie in remissionē peccatorum. Et egrediebatur ad eum oīs iudee regio. et hiero soloite vniuersi et baptizabātur ab illo i iordane flumine ofitētes peccata sua. Et erat iohannes vestitus pilis cameli et zona pellicea circa lumbos e⁹. Et locustas et mel filuestre edebat. et p̄dicabat dicens. Veniet fortior me p̄ me e⁹ non sum dignus p̄cumbens soluere corrigiā calciamtorū e⁹. Ego baptizauī vos i aqua. ille vero baptizabit vos i spūsancto.

Et ad h̄ designandum subditur. Et predicans baptismum penitencie in remissionem peccatorum. Beda. Liqueat quia iohannes baptismum penitencie non solum predicauit vñ etiam quibusdam dedit. Sed baptismum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etem̄ peccatorū i solo baptismo xp̄i nobis tribuitur. Dicitur qz p̄dicans baptismum penitencie in remissionem peccatorū. qm̄ baptismum quod peccata solueret. quia dare

Hiero. s; m̄ promissam p̄phete p̄phetiam via domini a iohāne paratur per fidem et baptismum et p̄niam recte semite fiunt per austeram iudicia vestis cilicis et zone pellicee. et cibi locustini. et mellis filuestri. et humilime vocis. Vñ dicitur. fuit iohannes in deserto. iohannes em̄ a hiero querunt qd̄ in deserto amissum ē vbi vicit dyabol⁹ ibi vincitur. vbi cecidit homo ibi exurgit. iohannes autē gracia dei interpretatur. A gracia autem narratio incipit. Sequitur em̄ baptizans. Per baptismum enim gratia datur. q̄ peccata gratis dimittuntur. Quod autē ofumatur per sponsum. incipit per paranymphum. Vnde cathecumini h̄ est instructi. incipiūt per sacerdotem. et crismantur per ep̄m.

non poterat. predicabat. vt sicut incarnatum ves-  
 bum patris precurrebat verbo predicationis ita  
 baptismum penitencie quo peccata soluantur. p̄s  
 curret suo baptisinate quo peccata solui non po-  
 ssunt Theoph. Vel alit̄ baptismus iohannis. et  
 si non haberet remissionem peccatorum. tñ hoies  
 ad penitenciam inducebat Suum ergo baptismū  
 penitencie predicabat. s̄ hec predicacio peniten-  
 cie ducebat in remissionem peccatorum quasi qui  
 penitentes xpm recipent. remissionem recipent  
 peccatorum. Hiero. Per iohannem autem sicut  
 per amicum sponsi inducitur sponsa ad xp̄istum.  
 sicut per puerum rebecca ad ysaac. Vñ sequitur.  
 Et egrediebatur ad illū omnis iu. re. et hie. vni.  
 et bap. ab illo in iorda. flumine. Confessio em̄ et  
 pulcritudo in aspectu eius. scz sponsi. Desilit em̄  
 sponsa de camelo cum humiliat se. s̄ tunc ecclesia  
 viso viro ysaac. id est hiesu xpo. Jordans autem  
 descensio aliena interpretatur. vbi peccata ablu-  
 untur. Nos em̄ olim alienati a deo per superbiam  
 per baptismi symbolum humilitati erigimur in al-  
 ta Beda. Exemplum autem hinc sumitur confi-  
 tendi peccata. ac meliorem vitam promittendi eis  
 qui baptisma desiderant. per hoc q̄ subditur Cō-  
 fitentes peccata sua Chri. Quia vero iohānes  
 penitenciam predicabat. penitencie signa gere-  
 bat in vestitu et cibo Vnde sequitur. Et erat iohā-  
 nes vestitus pilis cameli Beda. Pilis inquit ve-  
 stitus non lana. aliud austere vestis inditum est.  
 aliud luxurie est mollioris. Zona autem pellicea q̄  
 accinctus fuit vt helias. mortificationis inditū  
 est. Porro quod sequitur. Et locustas et mel silue-  
 stre edebat. habitatorū solitudinis congruū est  
 vt non delicias ciboz. s̄ necessitatem humane car-  
 nis expleret Hiero. Vestis autem iohannis et  
 cibus et potus totam austeram vitam predican-  
 tum significat et futuras gentes ad gratiam dei  
 que est iohannes intus et foris esse coniungendas.  
 Pilis em̄ cameli diuites gentium significantur. et  
 zona pellicea pauperes mundo mortui. et locustis  
 errantibus sapientes h̄ mundi qui stipulas iude-  
 is aridas relinquentes frumenta mystica cruribz  
 trahunt. et in calore fidei saltus in altum dant. et  
 melle siluestri fideles inspirati de inculta silua sa-  
 ginantur Theoph. Vel alit̄ vestis de pilis came-  
 lorum doloris erat ostensiuum. inuente iohanne  
 q̄ penitentem dolere oportet. Dolorē em̄ facez  
 significat. zona vero pellicea mortificationem iu-  
 daici significat populi. Esca autem iohannis non  
 solum abstinentiam notat s̄ etiam est indicatiuum  
 intelligibilis esce. qua tunc populus vescebat  
 t̄. non quid altum intelligens s̄ tñ in alta saliens  
 iterumqz se deprimens. Talis em̄ est locusta in al-  
 tum saliens et iterum cadens. Sic igitur et melle  
 quidem vescebat populus quod erat ex apibz  
 natum scz ex prophetis. non tñ cultū s̄ siluestre.  
 Habebant em̄ scripturas hebrei sicut mel q̄ddaz  
 s̄ non bene intelligebant Greg. xxxi. moralium  
 Vel ipa ciborum specie designauit dominum quez  
 preuenit. quia infructuose gentilitatis dulcedinē  
 sumpsit mel siluestre edit. Quia vero iudeo:ū ple-  
 bem in suo corpore in partem auertit in cibo locu-

stas accepit. que subito saltus dantes protin9 ad  
 terram cadunt. Saltus em̄ iudei dabant. cum pre-  
 cepta dñi se implere promitterent. Sed ad terrā  
 cadebant. cum per praua opera hoc se audisse des-  
 negarent. Habebant ergo saltum per vocem. et  
 calum per actionem Beda Potest etiam habit9  
 et victus iohannis qualitatem interne ouersatio-  
 nis eius exprimere. s̄ tanqz austerioribus vtēbat  
 indumentis. quia vitam peccantium non blandimē-  
 tis fouit. s̄ vigore asperē inuectionis increpauit.  
 Zonam pelliceam habebat circa lumbos. qui car-  
 nem suam crucifixit cum vicijs et concupiscencijs.  
 Locustas et mel siluestre edebat. quia dulce q̄dā  
 sapiebat turbis predicatio eius existimante popu-  
 lo ne ipse esset xps. Sed oculus finem sortita est in-  
 telligentibus eius auditoribus. quia non ipse xps.  
 s̄ precursor et propheta esset xpi. In melle et em̄  
 est dulcedo. in locustis est alacer volatus. Vnde  
 sequitur. Et predicabat dicens. Venit fortior me  
 post me Cio. Hoc dicebat ad remouendū turbe  
 opinionem. que eum xpm esse credebat fortiozem  
 autem xpm esse preueniat. qui remissurus erat  
 peccata quod ipse facere non valebat. Hiero.  
 Quis etiam fortior est gracia qua abluuntur pec-  
 cata. quam iohannes significat. illo qui septies et  
 septuagies dimittit peccata. Gracia q̄dem prior  
 est. s̄ semel dimittit peccata per baptismum. misere-  
 ricordia vero ad miseros ab adam vsqz ad xpm p̄  
 lxxvij. generationes. et vsqz ad centū. xliij. milia  
 peruenit Chri. s̄ se autem estimaretur hoc fm  
 operationem sui ad xpm dicere subiungit. Cui9  
 non sum dignus procumbens soluere corrigiā cal-  
 ciamentorum eius. Non est autem idem soluere cor-  
 rigiam calciamentorum eius. quod hic mare9 dicē  
 et calciamenta portare quod dicit matheus. Et q̄  
 dem narrationis ordinem prosequentes euangeli-  
 ste. nec in aliquo fallentes. dicunt vtrumqz iohan-  
 nem dixisse fm altez. sensum. Commentantes ho-  
 circa s̄ dēnter exposuerunt vnumquodqz. Cor-  
 rigiam em̄ vocat ligamen calciamentorum. Ad ex-  
 cellentiam igit̄ potestatis xpi et diuinitatis mag-  
 nitudinē extollendam hoc dicit. ac si diceret s̄eqz  
 in ministrū ordine deputari sufficiens sum. magnū  
 em̄ est in his que sunt corporis xpi quasi procum-  
 bendo inferius attendere. et ymaginem supnoz  
 inferius videre. et soluere vnumquodqz inexpli-  
 cabiliū. que sunt circa mysterium incarnationis.  
 Hiero. Calciamentum em̄ in extrema parte cor-  
 poris est In fine enim ad iusticiam est saluator in-  
 carnatus. Vnde per prophetam dicitur. In ydū  
 meam extendam calciamentum meum. Greg. in  
 omelia. Calciamenta etiam ex mortuis animalibus  
 fiunt. In carnatus ergo dominus veniens quasi cal-  
 ciatas apparuit qui in diuinitate sua morticina no-  
 stre corruptionis assumpsit. Vel alit̄. Mos apud  
 veteres fuit vt liquis eam que sibi opeteret. acci-  
 pete vtorem nollet ille ei calciamentum solueret.  
 qui ad hanc sponsus iure appropinquatis venret.  
 Recte ergo se indignum esse ad soluendā corrigiā  
 calciamenti eius denunciat. ac si aperte dicat ego  
 redemptoris vestigia demudare non valeo. quia  
 sponsi nomen mihi immeritus non usurpo Theo

Intelligitur vero et sic omnes qui veniebant et a iohanne baptizabantur per penam. soluebantur a ligamine peccatorum in xpm credendo. Igitur omnium aliorum iohannes sic soluebat corrigiam id est vinculum peccatorum. Iesu vero non valuit corrigiam solvere. quia non inuenit in eo peccatum.

Beda. Sic ergo iohannes dominum non adhuc manifeste dominum aut dei filium. sicut tamen unum se forciores predicat. Non enim rudes adhuc auctores tanti capiebant arcana sacramenti. quod filius dei est nus homine assumpto ex virgine denuo natus esset in mundum. sicut paulatim per agnitionem glorificatione humilitatis. introducendi erant ad finem diuine eternitatis. Quibus tamen latenter deum hunc esse verum declarans subdit. Ego baptizo vos in aqua. ille vero baptizabit vos in spiritu sancto. Cui enim dubium est. nullum posse alium gratiam spiritus sancti nisi deum dare. Videro. Quid enim inter est inter aquam et spiritum sanctum qui ferebatur super aquas. Aqua misterium est hominis. Spiritus vero misterium dei est. Beda baptizamur autem a domino in spiritu sancto. non solum cum in die baptismatis fonte vite in remissionem peccatorum abluimur. vni etiam quotidie per gratiam eiusdem spiritus ad agenda que deo placent accendimur.

Et factum est in diebus illis venit hiesus a nazareth galilee et baptizatus est a iohanne in iordane. Et statim ascendens de aqua vidit apertos celos et spiritum sanctum. tanquam columbam descendentem. et manentem in ipso. Et vox facta est de celis. Tu es filius meus dilectus in te complacui.

baptismate alienum. tanquam in amborum medio existens ut per baptismi naturam ostendat. quod non in peccati remissionem baptizatur. aut quasi indigens spiritus sancti acceptance. his enim ambobus baptismis iohannis carebat. Baptizatus est autem ut notus omnibus fieret. et in eum crederent. et ad implendum omnem iusticiam. que est obseruatio mandatorum. Mandatum siquidem erat hominibus baptismum subire prophete. Beda. baptizatus est et ut baptismate suo iohannis baptismum comprobaretur. et ut iordanis aquam sanctificans per descensionem columbe spiritus sancti in lauacro credentium monstraret aduentum. Vnde sequitur. Et statim ascendens de aqua vidit apertos celos et spiritum sanctum tanquam columbam descendentem et manentem in ipso. Aperuntur autem celi non re-

ratione elementorum sed spiritualibus oculis quibus ezechiel in principio voluminis sui eos aptos esse commemorat. hoc autem quod apertos celos per baptismum vidit. nostri utique gratia factum est. quibus per lauacrum regenerationis ianua panditur regni celestis. Christus. Vel ut de celis hominibus sanctificatio tribuatur. ac terrena celestibus coniungatur. Spiritus autem sanctus super eum descendisse dicitur non tanquam tunc primum ad eum accesserit. non enim ab eo unquam fuerat derelictus sed ut ostenderet christum qui a iohanne predicabatur tanquam digito quodam fidei omnibus demonstratum. Beda. Quod etiam in baptismum descendere visus est spiritus sanctus. signum erat conferende nobis in baptismum gratie spiritualis. Videro. Hec est autem unctio christi in carne scilicet spiritus sanctus. de qua dicitur. Unxit te deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Beda. bene autem in specie columbe descendit spiritus sanctus. quod multum simplex est animal. atque a malitia felis alienum ut figurat e nobis in sinuar et quod simplicia corda querit. nec habitare dignatur in mentibus impijs. Videro. In specie etiam columbe spiritus sanctus descendit. quia in cantico de ecclesia canitur. Sponsa mea. amica mea. dilecta mea. columba mea. Sponsa in patriarchis. amica in prophetis. proxima in ioseph. et mea dilecta in iohanne baptista. columba in christo et apostolis. quibus dicitur. Estote prudentes sicut serpentes. et simplices sicut columbe. Beda. Sedit autem columba super caput hiesu. ne quis putaret vocem patris ad iohannem factam non ad dominum. Bene autem addidit manentem in ipso. hoc enim est christo speciale ut impletus cum semel spiritus sanctus nunquam recedat. nam fidelibus eius ad signa virtutum et miracula facienda aliquando gratia spiritus confertur. aliquando tollitur. Quibus tamen ad operationem pietatis et iusticie ad amorem dei et proximi conseruandam. nunquam gratia spiritus abest. Ipsum autem qui baptizandum cum alijs ad iohannem venit verum esse filium dei in spiritu sancto baptizare volentem. vox patris docuit. Vnde sequitur. Et vox facta est de celis. Tu es filius meus dilectus in te complacui. Non autem per hoc ipse filius quod nesciebat docetur sed nobis quid credere debeamus ostenditur. Aug. de conuenge. Vnde matheus ait dictum esse. filius meus dilectus. quia ostendere voluit ad id valere quod dictum est. Hic est filius meus ut illis potius qui audiebant indicaretur. quod ipse filius esset dei. Si autem queris. quid horum in illa voce sonuerit. quodlibet accipiendum dummodo intelligas eos qui non eandem locutionem retulerunt. eandem retulisse sententiam. Quod autem deus in filio sibi placuisse videatur. admonentur ex eo quod dictum est. In te complacui. Beda. nos quoque vox eadem docuit per aquam abluionis. et spiritum sanctificationis dei posse filios effici. Misterium etiam trinitatis in baptismate demonstratur. filius baptizatus. spiritus descendit in specie columbe. patris vox filio testimonium perhibentis auditur. Videro. moraliter et nos de volubilitate mundi odore florum mundicie tracti. cum adolescentulis post sponsu currimus et baptismi sacramento de duobus fontibus dilectionis

dei et proximi gratia remissionis abluimur. et ascendentes spe celestia secreta mundi cordis oculis intuemur. De hinc spiritum sanctum. spiritu oratio et humiliato cum simplici corde descendentes ad mansuetos. et cum caritate nunquam cadente mentem suscipimus. Et vox domini de celis ad nos a deo dilectos dirigitur. beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur. Et tunc in nobis complacet pacem cum filio et spiritu sancto. scilicet quando efficitur unus spiritus cum deo

Et statim expulit eum spiritus in desertum. Et erat in deserto. xl. diebus et. xl. noctibus. Et temptabatur a sathana. eratque cum bestijs et angelis ministrabant illi

Et si enim deus permittat temptationes fieri multis alijs modis ob hoc etiam permittit. ut cognoscas quod homo temptatus in maiori honore constituitur. non enim accedit dyabolus. nisi ubi aliquis in maiori honore viderit constitutum. Et ideo dicitur. Et statim expulit eum spiritus in desertum. Propter hoc autem non ostendit eum simpliciter eum in desertum sed expulsum. ut hoc intelligas fieri iuxta diuine dispositionis verbum. per quod etiam inuit ne homo seipsum in temptationem immergat. sed aliunde in temptationem quasi expulsos victores existere. Beda. verum ne cui veniret in dubium a quo eum spiritu expulsum diceret in deserto. occulte primo lucas posuit quod hiesus plenus spiritu sancto regressus est a iordane. ac deinde intulit. Et agebatur a spiritu in desertum. ne quid contra eum valuisse spiritus putaretur immundus. qui plenus spiritu sancto quo volebat digrediens. que volebat agebat. Chrysostomus. expulit autem eum spiritus in desertum. quia enim dyabolus ad temptandum prouocare proponere. non solum fame sed etiam loco occasionem dedit. Tunc enim maxime dyabolus se ingerit cum videt aliquos solitarios permanentes. Beda. Secedit etiam in deserto ut nos doceat relictis mundi illecebris et societate priorum. diuinis per omnia seruire mandatis. Temptatur solus a diabolo. ut nobis insinuet quia omnes qui volunt pie viuere in christo persecuciones pacuntur. Unde sequitur. Et erat in deserto. xl. diebus et. xl. noctibus. et temptabatur a sathana. Temptatur autem. xl. diebus et. xl. noctibus ut indicet. quia quoad diu hic viuentes domino seruiamus. siue prospera blandiantur quod ad dies pertinet. seu aduersa fiant. quod noctis figure congruit toto tempore aduersarius assit. qui iter nostrum temptando impedire non cessat. xl. enim dies et noctes totum huius seculi tempus insinuant. quia quadrupesertus est mundus. in quo domino famulamur. Decem vero

sunt precepta per quorum obseruanciam contra hostem certamus. decem autem quater ducta. xl. fuerunt. Sequitur. Eratque cum bestijs. Chrysostomus. hoc autem dicit ut ostendat quale erat desertum. Inuium enim erat hominibus et bestijs plenum. Sequitur. Et angeli ministrabant ei. Post temptationes enim et victoriam contra dyabolum. operatus est hominum salutem. Et sicut apostolus dicit. angeli in ministerium mittuntur propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Notandumque est quod in temptatione assistunt angeli ministrantes. Beda. Considerandum etiam quod christus inter bestias commoratur ut homo. sed ministerio videtur angelico. ut deus. Et nos cum in heremo sancte conuersacionis bestiales hominum mores impoluta mente tollimus. ministerium angelorum mereamur. a quibus corpore absoluti ad eternam beatitudinem transire remur. Hieronymus. Vel tunc bestie pacate nobiscum sunt sicut in arca animalia munda cum immundis. cum caro non concupiscit aduersus spiritum. post hoc angeli ministri mittuntur nobis. ut responsa a solatia cordibus vigilantibus dent

Postquam autem traditus est iohannes venit ihesus in galileam predicans euangelium regni dei et dicens. quoniam impletum est tempus et appropinquabit regnum dei. Penitemini et credite euangelio

Chrysostomus. Marcus euangelista matheum in ordine sequitur. Et ideo postquam dixit angelos ministrare. subiungit. Postquam autem traditus est iohannes venit ihesus in galileam. Post temptationes et angelos ministrantes recedit in galileam instruens nos non resistere violentijs malignorum. Theophylactus.

Et ut ostendat nobis quod in persecutionibus decet recedere et non expectare. cum vero incedimus decet sustinere. Chrysostomus. Recessit etiam ut ad doctrinas et sanationes seipsum conseruaret. priusquam pateretur. hisque omnibus adimpletis fieret obediens usque ad mortem. Beda. Johannes tradito recte incipit dominus predicare. Unde sequitur. Predicans euangelium regni dei. Desinente enim lege consequenter oritur euangelium. Hieronymus. Cessante umbra adest veritas. Iohannes in carcere in iudea. Iesus in galilea. Paulus in gentibus predicans euangelium regni. Regno enim terreno succedit paupertas. paupertati christianorum regnum tribuitur sempiternum. Honor autem terrenus. spume aque vel fumo seu somno oratur. Beda. Nemo autem putet traditionem iohannis in carcere statim post temptationem. xl. dierum et ieiunium domini factam. Quisquis enim euangelium iohannis legerit. inueniet dominum ante traditionem iohannis multa docuisse et multa miracula fecisse. Habes enim in euangelio ipsius. Hoc fecit initium signorum hiesus. et postea. Secedum enim erat missus iohannes in carcere. Fertur autem quod cum legisset iohannes. mathei. marci et luce volumina. probauerit quidem tertium hystorie et verba eos dixisse firmauerit. sed unus tamen annus in quo et

pallus est post carcerem iohannis hystoriam tex-  
uiffe. Pretermissio itaq; anno cuius acta a tribus  
posita fuerant superioris tps ante q̄ claudere  
iohannes in carcere gesta narrauit. cum ergo di-  
xisset marcus quia venit hiesus in galileam predi-  
cans euangelium regni subiungit dicens. quonia  
impletum est tempus et appropinquauit regnum  
dei Chri. Siquidem completo tpe quando scz  
venit plenitudo tps. misitq; deus filium suum.  
conueniens fuit humanum genus vltimam osequi  
dei dispensacionem. Et ideo dicit q̄ appropinquauit  
regnum dei. Regnum aut̄ dei idem est secundum  
substantiam cum regno celorum. q̄uis differt ra-  
cione. Regnum em̄ dei intelligitur quo deus reg-  
nat. hoc vero est in regione viuencium. q̄n facie  
ad faciem deum viuentes. in bonis pmissis existe-  
nt. Siue amorem quis velit suscipere illam regis-  
onem. siue aliquam altam conformacionem eorum  
qui ymaginem induit super norū. q̄ per celos in-  
telligunt. Satis em̄ apprensus est q̄ regnum dei  
neque loco neq; tempore concludit. Theophi  
Vel completū esse dicit dñs tēpus legis. Quali dī  
ceret vsq; ad tēpus p̄sens operabatur lex. amodo  
operabit̄ regnum dei quod est secundum euangeli-  
um cōuersacio. que cōuenienter assimilā regno  
celorum. Cum em̄ vides aliquem carne indutū se-  
cundū euangeliū viuere. nūquid nō dices quonia  
iste habet regnū celorum. quod nō ē esca et pot⁹  
sed iusticia et pax et gaudiū in spiritu sancto. Se-  
quitur. Penitemini Hiero. Penitentiam em̄ ag-  
it q̄ vult eterno bono scilicet regno dei adherere  
Qui em̄ desiderat nucleum frangit nucem. Amari-  
tudinem radicis dulcedo pomi compensat pericu-  
lum maris spes lucri delectat. Dolorem medicine  
spes salutis mitigat. Preconia autem xpi illi nar-  
rare digne possunt. qui ad palmam indulgentie me-  
ruerūt puenire. Et ideo postq̄ dixit. penitemini  
subiungit. Et credite euangelio. Nam nisi crederi-  
tis. nō intelligetis. penitemini igitur et credite  
id est renūciate operibus mortuis. Quid em̄ pro-  
dest credere sine bonis operibus non tñ bonorum  
operum meritum adducit ad fidem. sed fides inci-  
pit vt bona opera consequantur

Et p̄teriens secus  
mare galilee vidit sy-  
monem. et andream  
fratrem eius mitten-  
tes recia i mare. erāt  
em̄ piscatores Et dix-  
it eis iesus. venite p̄  
me. faciam vos fieri  
piscatores hominum  
Et p̄otim⁹ relictis re-  
tibus secuti sunt eum  
et progressus inde pu-  
sillum vidit iacobum

Glosa. Posita pre-  
dicacione xpi ad tur-  
bas agit euangelista  
de vocacione discipu-  
lorum. quos fecit sue  
predicacionis minist-  
ros. Vnde sequit̄. Et  
p̄teriens secus mare  
galilee vidit simonē  
et andream fratrem  
ei⁹ Theophi. Sic  
ut iohānes euangeli-  
sta refert. Precursor  
es erant discipuli pe-  
trus et andreas. vid-  
entes vero qd iohan-  
nes de ihesu testimo-  
niū dederat adiuncti  
sunt ei post hec dolē

zebedei et iohannem  
fratrem eius. Et ipos  
in nauī componentes  
recia. et statim voca-  
uit illos. et relicto pa-  
tre suo zebedeo in na-  
uī cum mercenarijs.  
Secuti sunt eum.

tes q̄a iohannes tra-  
ditus erat. ad artem  
apriā sunt reuēsi.

Vnde sequitur Mi-  
ttētes recia ni mare  
Erant em̄ piscatores  
Vide autē eos de lab-  
oribus proprijs enu-  
tritos et non eximiqs  
tate Tales em̄ digni  
erant xpi primi disci-  
puli fieri Vnde subdi-  
tur. Et dixit eis ihe-

fus. Venite post me. Nam secūdo illos vocat. Est  
em̄ hec secunda vocatio respectu illius que legi-  
m iohanne. Ad quid autem vocentur. ostenditur  
cum subditur. faciam vos fieri piscatores hoim.

Remigijs. quia per rethe sancte predicacionis  
piscis id est homines de profundo pelagi. id est  
infidelitatis ad lucem fidei traxerunt. Admirāda  
autem est ista piscatio. pisces em̄ cum capiuntur.  
mor moriuntur. homines cum capti sunt. verbo p̄  
dicacionis potius viuificantur Beda. piscatores  
autem et illiterati mittuntur ad predicandum. vt  
fides credentium in virtute dei non in eloquen-  
tia atq; in doctrina esse putaretur. Sequitur. Et  
p̄otim⁹ relictis retibus secuti sunt eū Theophi  
Non em̄ oportet interuallum facere. s; statim seq̄  
dominum. Post hos vero piscatur iacobum et io-  
hannem. quia et hij pauperes exstentes. tñ sene-  
ctutem nutriebant paternam. Vnde sequitur. Et  
progressus inde pusillum vidit iacobum zebedei.  
Reliquerunt autem patrem. quia in sequela xpi  
eos erat impediturus Sic et tu cū a pentibus im-  
pedieris. relinque eos et accede ad deum. Osten-  
ditur autem qd zebedeus non credidit Mater vero  
apostolorum credidit que secuta est xpm mortuo  
zebedeo. Querit autem potest quomodo bimos  
vocauerit de nauiculis piscatores. Primo petz  
et andream. Deinde progressus paululum. alios  
duos filios zebedei. cū lucas dicat iacobum et io-  
hannē vocatos fuisse ad ad iuuandū petrū et an-  
dream. Et xpm petro tantum dixisse. soli timē.  
ex hoc iam homines eris capiens. simul tamen sub-  
ductis ad terram nauibus eos fuisse secutos. Vñ  
intelligendum est hoc primo esse factum. quod  
lucas insinuat Et postmodum ad capturam pisciū  
eos ex more remeasse. Vt postea fieret qd mare⁹  
hic narrat. Tunc em̄ secuti sunt dominum nō sub-  
ductis ad terram nauibus tanq̄ cura redeundi. s;  
tanq̄ vocantem ac iubentem vt sequerentur.  
Hiero. Mistice autem hac quadrige piscatorum.  
vehimur ad etheravt helias. Vdis quatuor angul  
construitur prima ecclesia. his quatuor litteris he-  
braicis thetogramaton nomen domni agnosci-  
tur a nobis. Quibus simili exemplo precipitur vt  
audiamus vocem domini vocantis. et obliuiscam⁹  
populum viciorum. et domum paterne conuersa-  
tionis que est stulticia deo et rethe araneorum. i  
quo nos velut culices pene lapsos tenebat aer. q̄  
pendet in nihili. nauem prist me conuersationis  
abominantes. Pellibus em̄ mortuis tegitur adā

qui est genitor noster s̄m carnem. et nūc deposito  
vetere homine cum actibus suis nouum sequētes  
hominem pellibus tegimur salomonis. quibus  
sponsa gloriatur se esse formosam factam. Simon  
autem obediens Andreas virilis iacobus supplan-  
tans. Johannes gracia in latino sonant. Quibus  
quatuor nominibus in ymaginem dei ouertimur.  
obedientia vt audiamus. virilitate vt pugnemus  
suplantacione vt perseueremus gracia vt conser-  
uemur. que quatuor virtutes cardinales dicuntur  
Per prudentiam em̄ obediunt. Per iusticiam vi-  
riliter agimus. Per r̄p̄nciam serpentez calcam⁹  
Per fortitudinem gratiam dei meremur. Theo-  
Sciendum est etiam hic. quoniam primo vocatur  
actio. dem̄de contemplacio. Qui quidem est circa  
petrum actionem significat. qui n̄o circa iohannē  
contemplacionez. Petrus em̄ feruidissimus et ma-  
gis sollicitus alijs. iohannes vero theologus fuit  
excellētissim⁹

Et ingrediuntur ca-  
pharnaum. et statim  
sabbatis ingressus in  
synagogaz docebat  
eos. et stupebant sup  
doctrina ei⁹. erat em̄  
docens eos quasi po-  
testatem habens. et  
non sicut scribe.

synagogam intrauit. Vnde sequitur. Et statim sab-  
batis ingressus in synagogam docens eos. Et em̄  
lex ad hoc sabbatis festare iubebat. vt lectio-  
studentes conuenirent in vnum. Docebat autem  
p̄p̄s arguendo non adulando sicut pharisei. Vnde  
sequitur. Et stupebant super doctrina eius. Erat  
em̄ docens eos quasi potestatem habens. et non  
sicut scribe. Docebat etiam in potestate transmu-  
tans homines. ad bonum et per penam non cre-  
dentibus minabatur. Beda. Scribe etiam doce-  
bant populos que scripta sunt in moyse et p̄ph̄-  
tis. Vnde iesus vero quasi de⁹ et dominus ip̄s moy-  
si libertati voluntatis sue. vel ea que minus vide-  
bantur addebat in lege. vel commutans predica-  
bat in populo. vt in matheo legimus. Dicitur est  
antiquis. ego autem dico vobis

Et erat in synagoga  
eorz homo in spiritu  
immundo. et exclama-  
uit dicens. Quid no-  
bis et tibi iesu nazare-  
ne. venisti pdere nos  
Scio quia sanct⁹ sis  
dei. et om̄inatus est ei  
iesus dicens. Quid te

Vnde. Marcus di-  
cta euāgelij in seip̄o  
disponens. ordinem  
hystorie non secutus  
misteriorum ordinez  
seruat. Vnde sabba-  
tis primam virtutez  
narrat dicens. Et in-  
grediuntur caphar-  
naum. Theoph. A  
nazareth recedentes  
In die autem sabati  
quando scribe greg-  
gabatur tūc docēs

Beda. mortis auto-  
rem primodebuit me-  
dicina salutis opari.  
Et ideo dicitur. Et  
erat in synagoga eorz  
homo in sp̄u imm̄do.

Chri. Sp̄s quidez  
angelus et aer et aia  
nuncupatur. et etiaz  
sp̄us sanctus. s̄e igit̄  
p̄pter communicanci-  
am nominis in erro-  
rem decidamus. Ad-  
dit immundo. Immu-

see et exi de homine.  
et discerpens eū sp̄s  
immundus. et excla-  
mans voce magna ex-  
iuit ab eo. Et mirati  
sunt omnes itavt con-  
quirerent inter se di-  
centes. Quid nam est  
hoc. que doctrina hec  
noua. quia in p̄tate ⁊  
spiritibus immundis  
imperat et obediunt  
ei. et processit rumor  
eius statim in omnem  
regionem galilee.  
Quoniam inuidia dia-  
boli mors intrauit in  
orbez terraz d̄t ip̄m.

us aut dicitur p̄pter  
impietatez ac elōga-  
tionem a deo. et quia  
omnibus immundis.  
et prauis opacōibus  
se immiscet. Aug. r.  
de ciuitate dei. Con-  
tra superbiā porro  
demonum quantā vit-  
tutem habeat dei hu-  
militas que in forma  
serui apparuit. ip̄i de-  
mones ita sciunt. vt  
eidem domino in fir-  
mitate carnis iduo.  
hoc exprimerent. Se-  
quitur em̄. Et excla-  
mauit dicens. Quid  
nobis et tibi iesu na-  
zarene venisti pdere  
nos. Clarum est in his  
verbis q̄ in eis et sci-  
encia erat. et caritas  
non erat. Penā quip-  
pe suam formidabāt

ab illo. non in illo iusticiam diligebant. Beda.  
Demonem em̄ dominum in terris cernentes se con-  
tinuo iudicandos cernebant. Chri. Vel hoc ita  
dicit. quasi diceret auferens immundiciā. diuinā  
q̄ imponens cognitionem hominum ammalibus.  
nobis locum in hominibus non das. Theo. Exire  
em̄ ab homine p̄dicationem suam. dicebat demo-  
nium. immisericordes em̄ existunt demones. malū  
aliquid pati se existimantes cum homines non mo-  
lestant. Sequitur. Scio q̄ sis sanct⁹ dei. Chri.  
Quasi diceret. Considero aduentum tuum s̄d em̄  
firmam ac certam aduentus dei habebat. noticiāz  
Sanctum autem dicit eum. non vnum de pluribus  
quia et sanctus erat vnusquisq̄z prophetarum. s̄  
vnum eum esse denuntiat. Per articulum q̄ in gre-  
co ponitur vnum ostendit. per timorem vero oim̄  
dominum recognoscit. Aug. Tantum em̄ eis in-  
notuit q̄tum voluit. tantum autem voluit q̄tum  
oportuit. Sed innotuit non sicut angelis sanctis.  
qui eius s̄m id quod est verbum participata eter-  
nitate perfruuntur. Sed sicut eis terrendis inno-  
tescendus fuit. ex quo tyrannica potestate fuerat  
liberaturus predestinatos innotuit ergo demoni-  
bus. non per id quod est vita eterna. s̄ per q̄das  
t̄p̄alia sue virtutis effecta. que angelicis sensibus  
in malignorum sp̄um potius q̄ infirmitati hoim̄  
possint esse conspicua. Chri. Non autēz volebat  
veritas testimonia sp̄um immundorum. Vnde  
sequitur. Et comminatus est ei iehesus. dicens. ob-  
mutesce. et exi de homine. Vnde dogma salutifez  
nobis datur ne credamus demonibus. q̄tumcūq̄z  
denuncient veritatem. Sequitur. et discerpens eū  
sp̄us immundus. et exclamans voce magna exiuit  
ab eo. Quia em̄ homo ille tanq̄ sapiens loqueba-  
tur ac discrete verba proferebat. ne putaretur q̄  
non ex demone s̄ ex corde verba componēt. vix  
discerpi permisit a demone vt oīderet demonem

esse qui loquebatur. Theoph. Et ut videntes cernerent a quo malo liberabat homo et propter miraculum crederent. Beda. potest aut videri strarium quomodo discerpens. vel sicut quidam codices habent conuersans eum exiuerit. cum nihil ei nocuerit. In lucam. Sed et ipse lucas dicit. Et cum proiecisset eum demonium in medium. exijt ab eo. nihilque ei nocuit. Vnde intelligitur hoc dixisse marcum. conuersans eum siue discerpens quod lucas dicit. cum proiecisset eum in medio. et quod se cutus ait. Nihilque ei nocuit. hoc intelligatur. quod illa iactatio membrorum atque veraxio non eum debilitauit. sicut solent demonia erire etiam quibusdam membris amputatis atque euulsis. Vnde autem virtute miraculi nouitatem domine admirantur. doctrinam atque ad inquisitionem eorum que audierant. per ea que videntur excedantur. Vnde sequitur. Et mirati sunt omnes. ita ut conquirerent. Ad id enim fiebant signa. ut per hoc euangelio regni dei quod predicabatur cercius crederetur. dum hi qui celestia terrigenis gaudia promittebant. celestia in terris ac diuina opera monstrabant. Prius autem teste euangelista erat doces eos. quasi potestate habens. et nunc turba attestante. in potestate imperat spiritibus immundis et obediunt ei. Sequitur. Et processit rumor eius statim in omnem regionem galilee. Glo. ea enim que homines multum mirantur prompte diuisant. quia ex abundantia cordis os loquitur. Hiero. Mistic autem capharnaum villa consolationis interpretatur. Sabbatum autem requies homo in spiritu immundo requies et consolatione sanatur. ut locus et tempus congruant saluti. Homo in spiritu immundo genus humanum est in quo immundicia regnavit ab adam usque ad moysen. nam sine lege peccauerunt et sine lege perierunt. qui sciens sanctum dei obmutescere iubetur. dum scientes quidem deum non sicut deum gloriificauerunt. sed seruierunt potius creature quam creatori. Spiritus discerpens hominem exijt ab eo. Appropinquantem salute appropinquauit tentatio. pharao dimissurus iseabel persequitur israhel. dyabolus contemnit surgit in scadala.

Et protinus egredientes de synagoga venerunt in domum symonis et andree cum iacobo et iohanne. Decumbebat autem socrus symonis febricitans. qui statim dicunt ei de illa. et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius. Et continuo dimisit eam febris et ministrabat eis.

nebatur. Vnde sequitur. Decumbebat autem socrus

 tionibus esse supanda. Trā quozq; dñi. cū in vl-  
 tionem scelez nostroz fuerit accensa. hoc reme-  
 dio singulari posse placari. Ieiunium autē genera-  
 le est non solū ab eis sed et cūctis illecebris ab-  
 stinere carnalibz. ymo ab omnibus vicioz passio-  
 nibus. Sic et oratio generalis nō solū in verbis  
 est quibus diuinā clemenciā inuocamus. ver-  
 etiā in omnibus que in obsequiū nostri conditōis  
 fidei deuotione gerimus. teste apostolo qui ait.  
 Sine intermissione orate. Hier. Vel stulticia q̄  
 ad luxuriā carnis p̄tinet sanat̄. ita et ignauia oco-  
 satione depellitur. Medicina cuiusq; vulneris ad-  
 hibenda est ei. nō sanat oculū quod calcaneo ad-  
 hibetur. Ieiunio passionis corporis. et oratione  
 pestes sanande sūt mētis.

Et inde p̄fecti preter-  
 grediebāt in galileā  
 nec volebāt queq; sci-  
 re. Docebat autē disci-  
 p̄los suos. et dicebat  
 illis. qm̄ filius hominis  
 tradet̄ in man⁹ hoim  
 et occidēt eū. et occi-  
 sus scia die resurget.  
 At illi ignorabāt ver-  
 bum. et timebant euz  
 interrogare. Et vene-  
 rūt capharnaum. qui  
 cū domi essent inter-  
 rogabat eos. quid in  
 via tractabatis. et illi  
 tacebāt. Siquidē in  
 sei via disputauerāt.  
 quis esset illoz maior.  
 Et residens vocauit  
 xij. et ait illis. Si quis  
 vult primus esse. erit  
 oim nouissim⁹ et oim  
 minister. Et accipiens  
 puerū statuit eum in  
 medio eorū. Quē cum  
 cōplexus esset ait illis.  
 Quisquis vnū ex his  
 iusmodi pueris rece-  
 perit in nomine meo.

Theo. Post mira-  
 cula interponit dñs  
 sermonē de passione  
 ne putaret̄ q̄ inuo-  
 luntarie passus ē vñ  
 dicit̄. Et inde p̄fe. p-  
 ter. in ga. n. vo. que  
 scire id est se ibi esse.  
 Docebat autē disci-  
 p̄los suos et dice. ill qm̄  
 fi. ho. tra. in ma. ho.  
 et occidēt eum. Beda.  
 Semp p̄seris mi-  
 scet tristitia. vt cum  
 repente venerit. non  
 terreant apostolos  
 sed p̄meditatis ais  
 ferant. Theo. p. p.  
 q̄ vero dixerat. qd  
 fste tūc adiūgit qd  
 letificare debet. Vñ  
 sequit̄. Et occas⁹ ter-  
 cia die resur. vt discē  
 remus ex hoc q̄ p.  
 agustias leticie sub  
 sequitur. Sequitur  
 At illi ig. ver. et ti.  
 eum inter. Beda.  
 Vnde ignorācia disci-  
 puloz. nō tam stat  
 ditare ingem q̄ de  
 amore nascit̄ salua-  
 toris. q̄ carnales ab  
 huc et misterij etuēf  
 ignari. quez deū ve-  
 rū cognouerāt. mor-  
 tuū et edere neq̄ant.  
 et qz p̄ figuras cum  
 loquet̄ sepe audi-  
 re. q̄ hūerāt. horre-  
 tes etiā mortis.

me recipit. Et quicumque me susceperit. non me solum suscipit. sed eum qui me misit.

etiam in eis quae de sua tradicione ac passione apte loquuntur. figura te aliquid significari volebat. Sequitur et venerunt capharnaum

Hier. Capharnaum dicitur villa solaciorum. et congruit interpretacione ad predictam sententiam qua dixerat. Et occisus ter die resur. Sequitur. qui cum domi essent. inter eos. quid in via tractabatis. et illi tacebant. Crisostomus. Matheus autem dicit quod accesserunt ad Iesum discipuli dicentes. quis putas maior est in regno caelorum. Non enim ab initio narracionem incepit. sed tacuit de intelligencia saluatoris circa discipulorum cogitaciones et dicta. quibus posset intelligi. quod ea etiam que seorsum cogitabant aut dicebant. dicebant ad eum. quoniam omnia erant ei ita cognita. ac si ad eum dicta fuissent. Sequitur. Si quidem inter se in via disputauerant. quis esset illorum maior. Lucas autem dicit quod cogitacione intrauit in discipulos quis esset illorum maior. Cogitacionem enim et intencionem eorum dominus ex illorum verbis manifestauit secundum hanc notitiam euangelicam. Hier. Recte autem in via tractabant de principatu. Similis enim est haec tractacio loco. Principatus enim sicut ingredi sic deseritur. et quod diu tenetur. labitur et incertus est in qua mansione id est in qua die finitur. Beda. Inde autem videtur orta disputacione discipulorum de principatu quod viderant petrum iacobum et iohannem seorsum ductos in monte. secretumque eis ibi aliquid esse creditum. sed et petro secundum matheum. clauis regni caelorum esse promissas. Videtur autem discipulorum cogitaciones dominus. curat desiderium glorie humilitate sanare. principatum non esse querendum. et plus simplici humilitatis comonet impio. Unde sequitur. Et respondens vocauit. et ait illis. Si quis vult primus esse. erit omnium nouissimus. et omnium minister. Hier. Vbi notandum quod illi euntes disputabant de principatu. ipse sedens docet humilitatem. Principes enim laborant. homines quiescunt. Crisostomus. Appetebant quidam discipuli honorem habere a domino desiderium etiam eis ierat ut magnificarentur a christo. Quanto enim quis maior est. tanto maioribus honoribus dignus existit. propter hoc non eorum desiderium impediuit. sed humilitatem introduxit. Theo. Non enim vult ut usurpemus nobis principatus sed per humilitatem altitudinem consequamur. Moyses autem monet eos innocencie puerilis exemplo. Unde sequitur. Et accipite. et est in me. eo. Crisostomus. Ipse visus est persuadens humiles esse et simplices. Etenim ab inuidia et vana gloria puulus mundus extitit et a concupiscendo principatum. Non solum autem ait si tales efficiamini. mercedem magnam accipietis. sed et si alios tales honorabitis propter me. Unde sequitur. Quia cum oculus esset. ait illis. Quis vnus ex huiusmodi puere in nomine meo me recipit. Beda. In quo vel simpliciter pauperes christi ab his qui volunt esse maiores. per eius ostendit honore recipiendos. vel in malicia puulos esse suadet. ut simplicitate sine arrogancia. caritatem sine inuidia. deuotionem sine iracundia conferuent. Quod

est complectitur puerum si significat humiles suo dignos esse oculo ac dilectione. Addidit autem in nomine meo. ut formam virtutis quae natura duce puer obseruat. ipsi per nomen christi rationis industria sequantur. Sed quod se in pueris recipi docebat ne putaret hoc esse solum quod videbat sub iunxit. et quicumque me susceperit. non me solum. sed eum qui me misit. Talem se vtiq; ac tantum credi volens qualis et quantus est pater. Theo. Vide quantum valet humilitas. patris namque et filij inhabitacionem meretur et etiam spiritus sancti.

Respondit illi iohannes magister vidimus quendam in nomine tuo eicientes demonia qui non sequitur nos. et prohibuimus eum. Iesus autem ait. nolite prohibere eum. Nemo est enim qui facit virtutem in nomine meo. et possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersus nos. pro nobis est. Quisquis enim potius dederit vobis calices aque frigidae in nomine meo. quia christi estis. Amen dico vobis. non prodet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius et in mare mittetur.

Aug. Iohannes per cipua deuocione dominum amans excludendum beneficium putauit eum qui non recte vti officio. Unde dicit. Respondit illi iohannes dicens. magister. vidi quendam in nomine tuo eicientes demonia. qui non sequitur nos. et prohibuimus eum. Crisostomus. Multi enim credentium carismata receperunt. nec tamen eum christo erant. Quia exibat qui demones eiecit. Non enim omnes ad omnia ordinate se habebant. Alii enim erant pure vite fidei autem tam perfecte non habebant. alii vero e contrario. Theo. Vel etiam quidam increduli videntes nomen iesu virtuosum dicebant et ipsi hoc nomen et signa faciebant. licet diuina gratia essent indigni. Volebat enim dominus etiam per indignos nomen suum ampliare. Crisostomus. non autem zelo seu inuidia motus iohannes prohibebat illud qui demones expellebat. sed volebat quod omnes qui nomen domini inuocabant sequerentur christum et essent cum discipulis vnum. Sed dominus per hos qui miracula faciunt. licet sint indigni alios puocat ad fidem. et ipsos per hanc ineffabilem gratiam inducit. ut fiant meliores. Unde sequitur. Iesus autem ait. nolite prohibere eum. Beda. In quo docet neminem a bono quod ex parte habet esse arcendum. sed ad hoc potius quod nondum habet esse puocandum. Crisostomus. Decenter autem eum non esse prohibendum ostendit consequenter dicens. Nemo est enim qui facit virtutem in nomine meo. et potest cito male loqui de me. Idem autem dicit propter eos qui in heresim ceciderunt. qualis erant simon et mendacus et cherintus. neque enim illi in nomine christi miracula faciebant. sed deceptio quibusdam facere

videbant. Isti vero etiam non sequuntur nos non tamen  
 contra nos aliquid firmius dicere valebunt. eo quod  
 honorant in operando virtutes nomen meum. The  
 ophi. qualiter enim male de me loquatur qui pro nomine  
 meo occasionem glorie habet. et pro hoc quod ipsum in  
 uocat miracula operatur. Sequitur. qui enim non est ad  
 uer. nos. pro non est. Aug. de con. euan. Viden  
 dum est. ne hoc illi sententia domini videatur strarium  
 ubi ait. qui mecum non est. aduersum me est. an hoc  
 interesse aliquis dicit. quod hic discipulis ait. qui  
 non est aduersus nos. pro non est. Ibi autem de seipso lo  
 cutus est. qui mecum non est. aduersum me est. quasi  
 non possit cum illo non esse. qui discipulis est tanquam  
 membrum eius sociatur. Alioquin quomodo verus erit. qui  
 vos recipit. me recipit. Aut potest etiam non esse  
 aduersus eum qui fuerit aduersus discipulos suos  
 Nam ubi erit illud. qui vos spernit. me spernit.  
 Sed nimirum hoc vult intelligi. tamen cum illo non esse  
 aliquem. in quantum est aduersus illum. et cum illo esse  
 in quantum cum illo est. Exempli gratia sicut iste qui  
 in nomine christi virtutes faciebat. et in societate di  
 scipulorum non erat. in quantum operabatur virtutes  
 in illo nomine. in quantum cum ipsis erat. et aduersus  
 eos non erat. In quantum vero eorum societati non ad  
 herebat. in quantum cum ipsis non erat. et aduersus eos  
 erat. Sed quod illi hoc eum facere prohibuerunt. in quo  
 cum ipsis erat. dixit ei dominus. nolite prohibere. Illud  
 enim prohibere debuerunt. quod extra eorum erat so  
 cietatem. ut illi unitatem ecclesie suaderent. non  
 illud in quo cum illis erat nomen scilicet magistri et do  
 mini eorum. in expulsiōe demonum commendat. Sicut  
 ecclesia catholica facit. non improbandis in hereti  
 cis sacramenta omnia. sed diuisionem vel aliquam ad  
 uersam pacem veritatisque sententiam. in hoc enim aduer  
 sus nos sunt. Crisostomus. vel aliter hoc dicit de crede  
 tibus in eum qui tamen ipsum non sequitur propter vite  
 laxationem. Illud autem de demonibus dicit. qui a  
 deo omnes student separe et aggregationem eius  
 dispergere. Sequitur. quisquis enim pro. de. vo. ca.  
 aq. fru. in no. meo quia christi estis Amen dico vo  
 bis non per. mer. su. Theo. quasi di. non solus  
 hunc qui in nomine meo miracula operatur non phi  
 beo. sed et quisquis nimum quod dederit vobis pro  
 nomen meum. et recepit vos propter me. non propter hu  
 manam gratiam et mundanam. non propter mercedem su  
 am Aug. de con. euan. Unde ostendit quod et ille  
 de quo iohannes suggesserat. non ita separebatur a  
 societate discipulorum. ut eam tanquam hereticus im  
 probaret. sed sicut solent homines nondum audere  
 christi suscipere sacramenta. et tamen nomen fauere cri  
 stiano ita ut christianos etiam suscipiant. et non ob  
 aliud eis nisi quod christiani sunt obsequuntur. de quibus  
 dicit quod non propter mercedem suam. non quod iam  
 tuti atque securi sibi debent videri ex hac temuo  
 letia quam erga christianos habet. etiam si christi bap  
 tismo non abluantur nec unitati eius incorporentur.  
 sed quod ita iam dei misericordia gubernentur ut ad  
 ea que perueniant. atque ita securi de hoc seculo ab  
 secedant. Crisostomus. Et ne quis paupertatem alleget.  
 ponit illud quod non contingit esse seculi calicem aque frigi  
 de. pro quo etiam obsequetur mercedem. Non enim pro eum  
 dati. sed dignitas recipientium et affectus dan

facit opus dignum mercede. Non solum autem recipien  
 dos discipulos verbo ostendit ex mercede quam  
 aliquis sequitur. sed etiam quod retrahit a tormento.  
 Sequitur. Et quis. scan. vnu ex his pus. ere. in me  
 bonum est ei mag. si er. mo. ali. col. eius et in ma  
 mit. quasi di. Siqui vos propter me honorant. mer  
 cedem habent. sic et in honorantes id est scandali  
 zantes. vltima accipient vltimum. Ex manifestis  
 aut nobis tormentum describit intolerabile. fa  
 ciens mentionem mole et submersiois. et non ait  
 moia suspendat in collo. sed bonum est ei hoc susti  
 nere. demonstrans quod eum grauius aliquid malum  
 expectat. Pusillos autem in se credentes dicit eos qui  
 inuocant nomen eius. non solum sequentes etiam eos qui  
 calicem frigidum offerunt. et non operantur alia ma  
 iora. Istorum autem neminem vult scandalizari neque sup  
 plantari. Hoc enim est. prohibere nomen eius inuoca  
 re. Beda. Recte autem qui scandalizari potest pusil  
 lus appellatur. qui enim magnus est. quodcumque passus fuerit  
 non declinat a fide qui autem pusillus est. aio et pro  
 uis occasiones querit quo scandalizet. propterea  
 oportet nos maxime his consulere qui pusilli sunt in fi  
 de. ne occasione nostri offendantur et recedant a fide  
 ac decidant a salute Greg. super eze. notandum tamen  
 quod in nostro bono opere aliquando cauendum est scanda  
 lum. primi. aliquando autem pro nihilo stemnendum. In  
 quantum enim sine peccato possumus. vitare primi  
 scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum  
 ponitur. vtiliter permittitur scandalum nasci quod veritas  
 relinquatur Greg. in pasto. Mistice autem in moia  
 a finaria secularis vite circuitus ac labor exprimitur  
 et pro profundum maris extrema damnatio designatur.  
 Qui ergo ad sanctitatis speciem deducitur vel verbo  
 ceteros destruit vel exemplo. Melius profecto  
 erat. ut hunc ad mortem sub exteriori habitu ter  
 rena acta stringeret. quam sacra officia in culpa ce  
 tetis imitabilem demonstrarent. quod nimirum si solus  
 caderet. verumque hunc tollerabilior inferni pena  
 cruciaret.

Et si scandalizauerit  
 te manum tua abscide il  
 lam. Bonum est tibi de  
 bilem introire in vitam  
 quam duas manus habere  
 tem ire in gehennam  
 in ignem inextinguibilem  
 ubi vermis eorum non  
 moritur. et ignis non  
 extinguitur. Et si pes tu  
 us te scandalizat. am  
 puta illum. Bonum est  
 tibi claudum introire  
 in vitam eternam. quam du  
 os pedes habere mit  
 ti in gehennam in ignem  
 inextinguibilem ubi

Beda quia super do  
 cuerat dominus ne scanda  
 lizarem eos qui cre  
 dunt in eum. nunc conse  
 quenter admonet. quoniam  
 tu cauere debetis  
 eos qui scandalizare  
 nos id est verbo vel  
 exemplo suo ad rui  
 naz peccati appellere  
 certant. Unde dicit.  
 Et si scan. te. ma. tu.  
 abse. il. Crisostomus. Non  
 de membris hoc dicit  
 sed de proximis ami  
 cis. quos quantum ad ne  
 cessaria in membris  
 ordine nos habemus  
 nihil enim tam nocuum  
 ut perniciosa societas  
 Beda. manum quip  
 pe nostram appellat  
 necessarium amicum. cui  
 ius auxilio quotidianum

vermis eorum non moritur. et ignis non extinguitur. quod si oculus tuus scandalizat te eijce illum. Bonum est tibi si seculum introire in regnum dei quod duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ubi vermis eorum non moritur. et ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur. et omnis victima salietur. Bonum est sal quod si sal insulum fuerit. in quo illud condietis. habete in vobis sal. et pacem habete inter vos.

superbia. abscede superbia tenens humile principatum. Crisostomus. Deinde testimonium prophetarum ex isaia propheta inducit dicens. Vbi verus. eo. non moritur et ignis non extinguitur. Non de sensibili verme hoc dicit. sed vermem conscientiam vocat mordentem animam quod non fit opera bonum. Vnusquisque enim suipsum accusator. fiet. rememorans que gessit in vita mortali. et sic eorum vermis immortalis permanet. Beda. Sic autem vermis est dolor interius accusans. sic ignis est pena extrinsecus seuiens. Vel in verme putredinem gehennae sicut in igne ardorem designat. Augustinus. xxj. de ciuitate dei. Vtriusque autem horum ignem scilicet ac vermes qui volunt ad anime penas non ad corporis punire. dicunt etiam veri dolore animi sero ac infructuose penitentis eos qui fuerint a regno dei separati. Et ideo ignem per isto dolore vrentem non cogitue poni posse ostendunt. secundum illud apostoli. Quis scandalizat et ego non vroz. Eundem etiam vermem putant intelligendum esse. secundum illud. Sicut tinea vestimentum et vermis lignum. sic meror cruciat cor viri. qui si penas et anime et corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant. igne veri corpus. animam vero rodit quodammodo verme meroris affirmat. quod et si debilius dicitur quod absurdum est ibi dolere aut corporis aut anime defuturum. Ego tamen facilius estimo ut ad corpus utriusque dicam pertinere quod neutrum. Et ideo tacitum esse in istis diuine scripture verbis animam dolorem. quia sequens esse intelligitur ut corpore dolere animam quod crucietur. Eligat ergo quisque quod placet. aut ignem tribuere corpori. aut verme. hoc prope illud tropice. Aut utrumque quod prope corpori. Possunt enim animalia etiam in ignibus viuere in ystione sine assumptione. in dolore sine morte. per miraculum potentissimi creatoris. Sequitur. Et si pes tu. scan. te. Beda. Pes amicus dicitur propter misterium discurfus quasi in nostris visibus accommodatos. Sequitur. quod si oculus tuus

opus habemus. Sed si talis nos ledere in causa anime voluerit excludendum est a nostra societate. ne si cum perditio in hac vita parte habere volumus. sit in futuro cum illo peamus. Vnde sequitur. Bo. est tu. de. intro. in vi. quod du. ma. hab. ire in ge. in ig. mex.

Glossa. debiles dicit adiutorio alicuius amici prout. nam melius est absque amico ire in vitam. quam cum eo ire in gehennam. Hier. Vel aliter. bonum est tibi debilem ingredi in vitam. id est sine principio. quod duas manus habentes. Due manus participas sunt humilitas et

scanda. te Oculus dicitur amicus utilis atque sollicitus et acutus ad prospiciendum. Aug. de con. euan. hic. perfecto apparet. quod illi qui nomine christi sunt deuoti et priusque christiano numero sociantur. utilis oves sunt quod hi qui cum iam christiani appellentur a christianis sacramentis imbuti sunt talia suadet. ut quibus ea persuaserint secum in eternam penam pertrahant quos membrorum corporali nomine tanquam manum vel oculum scandalizantem. iubet erui a corpore hoc est ab ipsa unitatis societate. ut sine his potius veniatur ad vitam. quam cum eis eatur in gehennam. hoc ipso autem separantur a quibus separantur. quod eis mala sita dentibus hoc est scandalizantibus non consentit. Et siquidem omnibus bonis cum quibus eis noticia est de hac pueritate innotescunt. ab omni penitus societate. atque ab ipsa diuinorum sacramentorum participatione separantur. Si autem quibusdam ita noti sunt. pluribus autem ista eorum est ignota pueritas. ita tolerandi sunt ut neque illis ad iniquitatis communionem ostendatur. neque propter illos bonorum societas deferatur. Beda. quia vero dominus tercio mentionem vermis et ignis fecerat. ut hoc valeamus euitare tormentum. Subdit. omni enim igne salietur. fetor enim vermium de corruptione solet nasci carnis et sanguinis. Ideoque caro recens sale condit. ut ericato humore sanguineo. vermescere nequeat. Et quidem quod sale salietur. vermis putredinem ardet. quod vero igne salitur id est ignibus sale aspersis reconditur. non solum verum abicit. sed ipsam quoque carnem consumit. Caro ergo et sanguis vermes creat. quod delectatio carnalis cui condimentum continentie non resistit. penam luxuriosis generat eternam. cuius fetorem quisque vitare desiderat. et corpore sale continentia et mente studeat adimere sapientie ab erroribus vitioz labe castigare. Sal enim dulcedinem sapientie ignis spiritus sancti gratiam designat. Dicit ergo. Omnis igne salietur. quod omnis electus sapientia spirituali debet corruptione concupiscentie carnalis expurgari. Vel ignis est tribulatio quod patientia fidelium ut perfectum opus habere possint exerceat.

Crisostomus. Simile autem est huic quod dicit apostolus. Vnusquisque opus quale sit ignis probabit. postea a leuitico testimonium introducit. di. Et omnis victima salietur. Hier. Victima domini est genus humanum. quod hic ratione sapientie dum corruptio sanguinis custodia putredinis et mater vermium assumetur. et illic purgatorio igne examinabitur.

Beda. Possunt et ita intelligere quod altare dei sit cor electorum. hostie vero et sacrificia in hoc altari offerenda bona sunt opera fidelium. In omnibus autem sacrificijs sal debet offerri. quod nullum est opus bonum quod non sal sapientie ab omni corruptione vane laudis. ceterisque prauis siue superfluis cogitationibus expurgat. Crisostomus. Vel hoc dicitur quod omne munus victime nostre. quod est secundum ordines et primum subuentionem salietur igne diuino. de quo dicitur. Ignem veni mittere in terram. de quo subditur. Bonum est sal id est ignis dilectionis. quod si sal insulum fuerit id est seipso prout. et propria qualitate per quod dicitur bonum in quo illud condietis. Sunt enim sales sal habentes qui se habent gratie plenitudinem. et sunt sales sal non habentes. qui enim non sunt pacifici. sal sunt

insulsū Beda. Vel bonū est sal. bonum est dei  
verbi audire frequētius. et sale sapiēcie spiri  
lis cordis arcana condire Theo. Sicut enim sal  
carnes oseruat et omnes cas nō sinit g. hāc. sic et  
sermo doctoris si deficiat. erit. carnalios hoies  
ostingit. et in eis inextinguibile vermē nō sinit  
generari. Si vero sit insulsus id est si virtutē de  
licatū et cōseruatū nō habeat. in q̄ condiat.

Cris. Vel sedm matth. discipuli cristi sūt sal. q̄  
totū orbē oseruant resistentes putredmī que ē  
ab ido latra et fornicacōe peccatoꝝ. Potest eti  
am intelligi q̄ vnusquisq̄ nostrū habeat tantū  
salis. q̄ tum capax est dei gratiaz. Vnde et apo  
stolus oīūgit gratiam sal. di. Sermo vester sit  
in gracia sale conditus. Sal etiā est dñs ihesus  
cristus qui fuit sufficiens totā terrā oseruare. et  
multos in terra fecit sales. Quoz. si aliqui marce  
fecant possibile est em̄ et bonos in putredinē trā  
mutari. dignū est vt foras mittant. Hier. Vel  
aliter. sal insulsū est qui amat pncipatū. et cre  
pare non audeat. Vnde sequit. habe. in vo. sal. et  
pa. ha. inter vos vt scz falsedinem correpcōis  
amor. p̄mi tempet. et dilectōnem. p̄mi. sal iu  
sticie cōdiat. Greg. sup ezechie. vel hoc dicit  
cōtra quos dū maior osciencia erigit. a ceteroz  
societate disūgit. et quo plus sapiūt. eo a cōcor  
die virtute relapsūt. Greg. in pasto. qui etiā  
loqui sapientē mittit. magnepe metuat. ne ei v̄lo  
quio audientū vnitās ofundat. ne dū sapiens  
videri desiderat. vnitatis cōpagez in sapientē ab  
scidat. Theo. vel qui ostringit se vinculo di  
lectōis ad p̄mū. s̄ salē habet. et ex hoc pa  
cem cū fratre suo. Aug. de con. euā. Hec mar  
cus dñm locutū fuisse cōtextim ommemorat. et ali  
qua posuit q̄ null⁹ ali⁹ euāgelistarū posuit. Alia  
vero que matheus quoq̄ posuit. et aliqua que  
matheus et lucas. Sed illi ex alijs occasionibus  
et in alio rerum ordine. Vnde michi videtur  
etiā hoc loco dominū dixisse que alijs locis dixit  
q̄ satis p̄tinebāt ad hanc ip̄sā eius sententiā. q̄  
vetuit. phiberi virtutes in nomine suo fieri. etiā  
ab illo qui cū discipulis eum non sequebatur.

**CAPIT .X.**  
**H**urgens. ve  
nit in fines  
iude. vltra  
iordanem. et oueniūt  
iteꝝ turbe ad euz. Et  
sicut cōsueuerat iteꝝ  
docebat illos. Et ac  
cedētes pharisei. m̄  
rogabāt eum. si licet  
viro vxorē dimittere  
tēptantes eum. At il  
le respondens ait. qd  
Be. Hucusq̄ mar  
cus ea narrauit de do  
mino que in galilea  
fecit et docuit. hic i  
cipit enarrare que i  
iudea fecit et docuit  
sue passus est. Et p̄  
mo quidem transio  
danem ad orientem.  
Et hoc est qd dicit.  
Et inde exur. ve. in  
fi. iu. vl. ior. Deinde  
etiā circa iordanem  
quā venit iericho be  
thamā et hierosoli  
maz. Et cū omnis iu  
deoz. p̄micia. gra  
liter ad distinctionē  
aliaꝝ gentiū. iudea  
sit dicta. specialius

Vobis p̄cepit moyses  
Qui dixerūt. moyses  
pmisit libellū repudiij  
scribere et dimittere  
Quibz respondēs ih̄s  
ait. ad duriciāz cor  
dis v̄ri scripsit vobis  
p̄ceptū istd Ab inicō  
autē creature. mascu  
liz et feminā fecit eoz  
deus. et dixit. Propt̄  
hoc relinquet homo  
patrē et matrē suam  
et adheret ad vxorē  
suā. et erunt duo in  
carne vna. Itaq̄ iāz  
nō sunt duo. sed vna  
caro. quod ergo de⁹  
diūxit. homo nō sepet  
Et iteꝝ in domo disci  
puli eius de eodez m̄  
rogabant eū. et dixit  
illis. Quicūq̄ dimise  
rit vxorē suā. et aliaz  
dixerit. adulteriū cō  
mittit sup eam. Et si  
vxor dimiserit virum  
suum. et alij nupserit  
mechatur.

tamē meridiana eius  
plaga appellabatur  
iudea ad distm. adēz  
samarie galilee sca  
polis et ceteraz. in  
eadē p̄micia regio  
nuz Theo. visitat  
autē regionē iudee.  
quā sepe p̄pter iude  
oz. emulacōnē. reli  
querat. qz passio in  
ea erat futura. Non  
tū ascēdit tūc hiero  
solimā. sed iude. cō  
fima vt turbe nō ma  
liciose p̄ficeret. Die  
rosolima ei erat ops  
atrix omis neq̄e ob  
maliciā iudeoz. Vñ  
sequit. Et conuene  
ite. tur. ad euz. et sic  
con. ite. do. illos.  
Beda. notanda ē mē  
euz distancia in tur  
bis et phariseis. hec  
oueniūt vt doceant  
et sui sanent infirmi  
sicut matth. cōmemo  
rat. Illi accedūt vt  
saluatoꝝ tēptando  
decipiāt. vñ sequit  
Et acce. pha. m̄. eū  
si li. viro vxor. di. tē.  
eū. The. Accedūt  
quidē nō deserent es  
eum. ne turbe in euz  
crederēt sed oīmus  
accedētes. credebāt  
eum in dubitacōnez  
inducere et eum p̄t

interrogacōnes confundere. p̄posuerunt autem  
ei questionem. ex vtraq̄ pte precipicium habens  
tem. vt si dicat q̄ licet viro vxorem dimittere. vel  
non licet. accusaret ipsū contradicentes eidē ex  
dogmatibz moisi. Cris. igit̄ sapiēcia ip̄a respō  
dit eis responsiōnē. illoꝝ laqueos fugientem.  
Cris. Interrogat̄ em̄ si licet. nō statim respōdit  
non licet. ne tumultuenē. sed primo eos legis sē  
tenciā voluit respōdere. vt qd eū dicere opte  
bat hoc illi respōderēt Vñ sequit. At ille respō  
dens ait. quid vobis p̄cepit moyses Sequit qui  
dixerūt. moyses pmisit libellū repudiij scribere et  
dimittere. Proponūt quidez moisen hoc dixisse.  
aut p̄pter interrogacōnem saluatoris. aut volē  
tes in eū viroz. multitudinē mētare. Et em̄ hoc  
iudeis erat indifferens. et omēs hoc opabantur  
tanq̄ a lege pmissum. Aug. de con. euā. nichil  
aut ad rei veritatem interest. vtz dño sepacone  
phibenti et sententiā suam de lege firmati. ipsi  
turbe vt matheus narrat. intulerit questionem  
de libello repudiij p̄ eundem moysen sibi pmissio  
an s̄ quidē illi de p̄cepto moysi illos mērogantes

responderit. ut marcus hic dicit. Nam et voluntas eius ita se habebat. ut non eis redderet rationem cur illud moyses promiserit. nisi prius ipsi hoc commemorasset. Cum ergo voluntas loquentium cui debent verba seruire. ab euangelista utroque monstrata sit. nihil interest iam licet diuisus inter ambos fuerit modus narrandi. Potest etiam hoc intelligi quod sicut dicit marcus. prius eos de uxore dimittenda interrogantes. dominus vicissim interrogat quid eis precepit moyses. qui cum respondissent. moysen promississe libellum repudij scribere et dimittere. Respondit eis de ipsa lege per moysen data. quod deo instituerit coniugium masculi et femine. dicens ea que ponit matheus. quibus auditis. illi id quod ei primo interroganti responderant. repetierunt dicentes. quod ergo mandauit moyses. Aug. contra faustum. Solebat autem dimitti uxores a viro qui hanc interposuit moram. ut in discidiu animus precepti libelli ascriptione refractus abisteret. presertim quod ut prohibent. apud hebreos scribere litteras hebreas nulli fas erat. nisi solis scribis. Ad hoc igitur quos opteret esse prudentes legis interpretes et iustos discidij dissuasores lex mittere voluit eum quem iussit libellum dare repudij si dimississet uxorem. Non enim poterat ei scribi libellus. nisi ab ipso quem per hanc occasionem et necessitate venientem quodammodo in manus suas bono consilio regeret. atque inter ipsum et uxorem pacifice agendo dilectionem concordiamque suaderent. quod si tantum incidere odium ut extinguere emendarique non posset. tunc utique scriberet libellus. quod frustra non dimitteret quare sic odisset ut ad debitam coniugio caritatem nulla prudentium suasionem reuocaret. propter hoc subdit. quibus re. iherosolus ait. ad dur. cor. ve. scri. e. vo. pre. istud. Magna enim duricia erat. que nec per libelli interposicione ubi dissuadendi locus iustis et prudentibus tribuebat solui vel flecti posset ad recipiendam vel reuocandam coniugij caritatem.

**Cris.** Vel dicit. ad duriciam cordis vestri. quod si anima fuerit purgata desiderijs et ira. possibile est mulierem nequissimam tollerare. Multiplicatis autem in anima passionibus predictis. multa mala contingunt circa odiosum conubium. sic igitur ab incusacione eorum moysen eripit. qui dederat legem. et totum in eorum caput ouertit. Sed quod graue erat quod dictum est. statim ad antiquam legem sermonem reducit dicens. Ab inicio autem creature masculinum et feminam fecit eos deus. Beda. Non ait masculinum et feminas quod ex priorum repudio querebatur. sed masculinum et feminam. ut vnus coniugis consortio necderent.

**Cris.** Si autem voluisset hanc quidem dimitti et alteram introduci. creauisset plurimas mulieres. nec solum homini deo mulierem coniunxit. sed et relinquit parentes precepit et mulieri adherere. Unde sequitur. Et dixit se. deus per adam. propter hoc re. ho. pa. su. et ma. su. et adhe. ad. vx. su. Ex ipso modo locutionis inseparabilitate matrimonij demonstrat quod dicit adheret. Beda. Et similiter quod dicit adheret ad uxorem suam. non ad uxores. Sequitur. Et erunt duo in carne vna. **Cris.** id est ex vna radice facti. in vnum corpus conueniunt. sequitur. Ita que iam non sunt duo. sed vna caro. Beda. Primum

igitur nuptiarum est ex duabus vnam carnem fieri. Castitas iuncta spiritui. vnus efficitur spiritus. **Cris.** Post hoc terribile faciens argumentum non dixit ne diuidatis. sed occlusit. quod ergo deus coniunxit homo non separet. Aug. contra faustum. Ecce iudei ex libris moysi conuincuntur. non esse uxorem dimittentem. qui secundum voluntatem legis moysi arbitrate se facere cum dimitteret. Similiter et illud hic ipso christo attestante cognoscimus deum fecisse et coniunxisse masculinum et feminam. quod manichei negando damnant. non iam moysi libris. sed christi euangelio resistentes. Beda. quod ergo deus coniunxit vnam faciendo carnem viri et femine. hoc homo non potest separe. sed solus deus. homo separet. quoniam propter desiderium sedis uxoris primam dimitimus. Deus separet. quia deo ex consensu propter suauitatem dei. sic habemus uxores quasi non habentes. **Cris.** Si autem duo quos deus coniunxit separe non debent. multo magis ecclesiam quam deus christo coniunxit. ab eo non conuenit separe. **Theo.** quod vero scandalizabant discipuli tamquam ex predictis non plene eis fuit satisfactum. propter istam iterum interrogant. Vnde sequitur. Et ite. in domino. discis. eius de eodem inter. eum. **Vier.** Secunda interrogacione ab apostolis iterum dicta est. quod de eadem re. de qua pharisei eum interrogauerunt id est de coniugij statu. et hoc proprie. Iterata enim verbi sententia. non fastidium sed esurient et sitim prestat. Unde qui me comedunt. adhuc esurient et qui me bibunt adhuc sicient. Melliflua enim sapientie eloquia gustata. diligentibus multimodum saporum reddunt. Vnde dominus iterato discipulos instruit. Nam sequitur. Et dixit illis. quicumque dimi. vx. su. et al. dux. adul. con. su. eam. **Cris.** Adulterium vocat non cum sua simul esse. non enim est sua quam accepit prima derelicta. et propter hoc committit adulterium super eam id est super secundam quam introducit. **Theo.** autem est et de muliere. Unde sequitur. Et si vx. di. virum suum et alij. nupt. mechat. Non enim alteri ut proprio viro potest coniungi. si proprium derelinquat. Et quidem lex prohibuit adulterium manifestum. Sed saluator hoc non manifestum. neque ab omnibus notum nature stratum.

Beda. In matheo vero scriptum est pleniorem. qui cumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicacionem. Vna ergo solummodo carnalis est causa fornicacionis. Vna spiritualis. timor dei. ut vxor dimittatur. sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autem causa est dei lege prescripta. ut viuente ea que relicta est alia adducatur. **Cris.** quod autem matheus dicit phariseis hec verba dixisse. Marcus vero discipulis non est contrarium contingit enim hoc et his et illis dicta esse.

Et offeriebant illi paruulos ut tangeret eos. Discipuli autem comminabant offerentibus. quos cum videret ihesus indignatus ait. Sinite paruulos. venire ad

**Theo.** Ostensa super per nequicia phariseorum christum temptatum. cum nunc ostenditur multa fides turbare que tantum manu in possessione. putabant christum benedicere paruulos quos illi offeriebant. Unde dicitur. Et offer. illi paru. ut tan. eos. **Cris.** S.

me et ne phibueritis  
eos. taliū ei est regnū  
dei. Amē dico vobis  
q̄squis nō recepit re-  
gnū dei velud puul⁹  
non intrat illud. Et  
complexans eos et in-  
ponēs man⁹ sup illos  
benedicebat illos.

me et ne phibueritis eos. Orig. Si quis ergo eorū quā  
doctrinā ecclesiasticā p̄fitentē videat aliquē of-  
ferentē quosdā stultos mūdi et ignobiles et in-  
firmos. qui p̄pter hoc appellati sūt pueri et infā-  
tes. nō phibeat. quasi sine iudicō facientes eum  
qui offert talem saluatori. Post hec exhortatur  
discipulos suos iam viros cōstitutos. cōdescende  
re utilitatibus pueroꝝ. vt fiant pueris quasi pu-  
eri. vt pueros lucentē. Nam et ipse cum in forma  
dei esset. humilians se factus est puer. vnde sub-  
dit. Taliū est om̄ regnū. Cris. Etē ab omnib⁹  
passionib⁹ pura existit anima pueri. p̄pter h̄ op-  
tet vt hec ex voluntate opemur. que pueri habēt  
p̄ naturā. Theo. Vñ nō dixit. hōꝝ est regnū  
dei. sed taliū sc̄z habētū et studio a labore inno-  
centiā et simplicitatem quā habēt pueri ex natura  
Puer em̄ nō odit neq̄ maliciose aliquid opatur.  
neq̄ vberatus a matre discedit. Sed et si eū vi-  
libus induat vestimētis. p̄fert ea regalib⁹ indu-  
mētis. Sic et ille qui viuit sc̄m virtutem eccle-  
sie matris sue nihil huic p̄honorat. neq̄ etiā re-  
ginam multoꝝ voluptatem. Vnde et dñs subdit  
Amen dico vobis. quisquis nō rece. reg. dei vel-  
ud puu. nō intrabit illud. Be. id ē nisi talē ha-  
bueritis innocenciā et animi puritatē. sicut puu-  
lus habet. regnū celoꝝ. non poteritis intrare.  
Aliter regnū d̄e id est doctrinam euāgelij. sicut  
puulus recipe iubemur. q̄: quomodo puulus in-  
discendo nō contradicit doctozibus. neq̄ rationes  
cōpōit et verba. eis resistens. sed fidelit̄ susci-  
pit que docetur. et cum metu obturpat et discit.  
ita et nos obediendo simplicit̄ et sine vlla contra-  
dictōne verbū dñi suscipe debem⁹ sequi. Et cō-  
eos et im. ma. sup il. bene. illos. Cris. Bene aut̄  
amplexatur eos ad benedictionē tanq̄ in p̄rius  
finū eleuans p̄piciatus facturam suā ab eo caden-  
tem ab amico et diuisā. Imponit aut̄ puulis ma-  
nus. docens diuine virtutis opacōnem. Et quidē  
sc̄m cōsuetudinē alioꝝ manus imponit. sed non  
sc̄m cōsuetudinē opatur. Deus em̄ existens. hū-  
manū modū seruabat tanq̄ verus homo factus.  
Beda Complex⁹ etiā benedixit puulos. vt hu-  
miles spiritu sua benedictōne. et gracia et dilec-  
tione dignos esse significet.

Et cum egressus ess⁹  
in via. p̄currens qui  
dā genuit exo ante eū

discipuli phibebāt  
offerētes p̄pter xp̄i  
dignitatē. Et hoc ē  
quod subdiē. disci-  
puli aut̄ con. offe. Salua-  
tor aut̄ erudiēs disci-  
pulos sape modera-  
ta. et timorem cōcul-  
care m. danum. acci-  
pit pueros et eis p̄-  
nūciat regnū dei. vñ  
sequi. Et dixit illis  
Sinite puu. ve. ad

Be. Audierat qui  
dā a dño. tantū eos  
qui puuloꝝ volunt  
esse humiles. dignos  
esse introitu regni ce-

rogabat dicēs. magi-  
ster bone. quid faciāz  
vt vitam eternāz p̄ci-  
piam. Ihesus aut̄ di-  
xit ei. q̄d me dicis bo-  
num. Nemo bonus ni-  
si vnus de⁹. precepta  
nostri. Ne adulteres.  
ne occidas. ne fureris  
ne falsum testimoniū  
dixeris. ne fraudez fe-  
ceris. Honora patrē  
tuū et matre. At ille  
respōdens ait. magi-  
ster hec omnia serua-  
ui a iuuetute mea ihs  
aut̄ intuitus eū dilex-  
it eū. et dixit ei. Vnus  
tibi desit. vade quecū-  
q̄ habes vende et da  
paupib⁹. et habebis  
thesauros in celo. et  
veni sequere me. Qui  
ostristatus in h̄bo. ab-  
ijt merēs. Erat em̄ pos-  
siones habens mul-  
tas. Et circumspiciēs  
ihesus. ait discipulis  
suis. q̄ difficile quā  
peccunias hnt̄ in reg-  
nū dei introibūt. Di-  
scipuli autēz obstupe-  
scebāt in verbis eius.  
At ihs rursus respō-  
dens ait. illis filioli  
q̄ difficile ē confiden-  
tes in peccunias in re-  
gnū dei in. roire ff. aci-  
lius ē camelūz p̄ fora-  
mē acus trāhre. q̄ di-  
uitē intrare regnū di-  
qui magis admirabā-  
tur. dicētes ad semet-  
ipsos. Et quis potest  
salu⁹ fieri. Et intues  
illos ihs ait. apud ho-  
mines impossibile est.

lorū ideo poscit sibi  
exponi non parabolē  
sed apte quib⁹ opē-  
ruz meritis vitā et  
nam consequi possit  
Vnde dicit. Et cū e-  
gressus esset in via.  
p̄cur. qui genu. an-  
eū. roga. eum. dicēs  
Ma. bo. quid. fa. vt  
vi. eter. p̄ci. The-  
Miroz. h̄ hoc iuuenē  
qui omnib⁹ alijs pro  
infirmitatib⁹ ad cri-  
stum accedentibus.  
h̄ vite eterne posses-  
sionē postulat. cum  
maligna sit passio a-  
uaricie. p̄pter quam  
postmodū ostristat⁹  
est. Criso. q̄: verō  
accesserat ad cristū  
tanq̄ ad hoiez et ad  
vnū iudaicoꝝ doctō-  
rum cristus tanq̄ ho-  
mo respondit eidez.  
Vñ sequi. Ihesus  
aut̄ dixit ei. quid me  
di. bo. Nemo bo. nisi  
vnus deus. hec autē  
dicens non excludit  
homines a bonitate  
sed a cōpacione bo-  
nitatis diuine. Be-  
da. Vnus aut̄ deus  
bonus nō pater sol⁹  
intelligend⁹ est. sed  
a filius q̄ dicit. Ego  
sum pastor. bo. sed a  
spiritu sanct⁹. quia  
dicit. Pater de celis  
dabit spiritū bonūz  
petentibus se. Ipsa  
em̄ vna et indiuidua  
trinitas pater. filius  
et spiritus sanct⁹. so-  
lus et vnus deus bo-  
nus est. Non igit̄ vo-  
nus se bonū negat.  
sed esse deū significat  
nō se magistrū bonū  
nō esse. s̄z magistrūz  
absq̄ deo nullum bo-  
num esse testatur.  
The. voluit igit̄ do-  
minus p̄ hec verba  
mentē iuuenis facē  
altiorē. vt ip̄s cog-  
nosceret tanq̄ deum  
Sed et aliud quidez  
inuit in his verbis.  
vt q̄n debet cōferre.

sed nō apud deū. om  
nia em̄ possibilīa sunt  
apud deum.

eum aliquo. nō adus  
lando cū eo cōferas  
sed respicias radicē  
bonitatis et fontem  
deū. et ei prestes ho

nozem Beda notandū autē q̄ iusticia legis suo  
tempore custodita. nō solum bona terre. verum  
etiā suis electoribus vitā oferebat. Eterna que  
renti ofequēter dixit. Precepta nō sūt. ne adulte  
res. ne occi. Hec em̄ puerilis innocēcia que nob̄  
imitāda pponitur. si regnū dei volumus intrare  
Vnde sequit̄. Et ille respōdens ait. Magister is  
omnia ob. a iuue. mea. non est putand⁹ hō iste.  
vel voto temptantis vt quidē putauerunt. dñm  
interrogasse. vel de sua vita esse mentit⁹. sed sim  
plicit̄ vt vixerat esse ofest⁹. quod ptz ex hoc qđ  
subdit̄. Ihesus autē intuitus eū. dilexit eum et di  
xit ei. Si autē mēdacij aut simulacōis noxa reus te  
neretur. nequaquā intuit⁹ arcana cordis eius dili  
gere dicere. Ihesus Orig. sup math. In is em̄  
q̄ dilexit eū vel osculat⁹ est eum. videt̄ affirma  
se pfessionē eius qui dixit se omnia ista implēse.  
Intendens em̄ mente in eū vidit hominē ex bona  
oficiencia confitentez. Cris. Dignū tamē est inq̄  
rere qualit̄ hunc dilexit. qui eū nō erat secutus⁹  
Est autē hoc dicere qm̄ quantū ad priora dign⁹  
erat amore. que legis sūt obseruans a iuuentute  
Circa finem vero neq; diminucōnem poris dilec  
tionis ofecut⁹ est. sic neq; pfecōnē suscepit. Et  
si em̄ nō exccerret mensurā. humanā cristi pfec  
tionem nō sequēs. nullo tñ crimine exitebat re⁹  
iuxta possibilitatem hoīs legem obseruās. et in  
hac obseruacōe xps eum dilexit Beda Diligit  
em̄ dñs eos qui mādāt a legis q̄uis minora custo  
diūt. sed nihilomin⁹ que in lege minus fuerant.  
his qui pfecō esse desiderant ostendit. qz nō ve  
nit soluere legem. sed adimplere. Vñ sequitur  
Et dixit ei. vnum tibi dēst. vade quecūq; habes  
vende et da paupib⁹ et habebis thesauros in ce  
lo. et veni et se. me. Diuici⁹ em̄ pfecō esse vo  
luerit debet vendere q̄ habet. nō ex pte. sicut ana  
mias fecit et saphira. sed totū Theo. Et cū vē  
diderit dare paupibus. nō histronibz et luxuri  
olis. Cris. Bene autē nō fecit eterne vite mens  
tionem. sed thesauri dicens. Et habet thesa. in ce  
lo. quia em̄ de pecunijs erat sermo. et de abrenū  
ciacōne omniū. ostendit q̄ reddit plura his que  
pcepit relinquere. quātomaius est celū q̄ terra  
Theo. Sed qz multi sūt paupes nō humiles.  
sed ebrii aut aliquā aliā habentes maliciā. p̄  
hoc dicit. Et veni sequere. Beda. Sequit̄ em̄  
dñm qui imitator eius est. et p̄ vestigia eius gra  
ditur. Sequit̄ qui ofristatus in verbo abiit mes  
res Cris. et causā tristitiae subdit euāgelista di  
cens. Erat em̄ possessiones habens multas. non  
em̄ eodem mō afficiūtur qui pauca habent et qui  
multa. Adiectio em̄ acquirat. diuiciāz. maior  
rem flammā cupiditatis accendit. sequit̄ Et circ  
eum. Ihesus ait disci. su. q̄ diffi. qui pec. habēt  
in reg. dei intro The. non hoc dicit q̄ diuicie  
male sint. sed habentes ipas vt custodiāt. Docet  
em̄ nō ipsas habē id ē retinē et custodire. sed eas

in necessarijs vti et in seruicō homis esse Cris.  
Dixit autē hoc dñs discipulis paupibus existentib⁹  
bus et nihil possidentib⁹. instruens eos inopiaz  
nō erubescere. et quasi excusando eis respondens  
pro eo q̄ nihil eos habē. ofecerat. sequit̄. Disci  
puli autē obstupescēbant in verbis ei⁹. manifestus  
est em̄. qm̄ inopes existentes p̄ aliorū salute do  
lebant. Beda. Sed qz inter pecunias habere  
et amare multa distancia est. Vnde et salomon nō  
ait. qui habet. sed qui amat diuicias. fructū non  
capit ex eis. Theo dñs obstupescētib⁹ discipul  
verba p̄misse sentencie exponit. Vnde sequit̄. At  
ihesus rur. respondens ait illis. filioli q̄ diffici  
le est confi. in pe. regnū introire Vbi notandū ē  
q̄ nō ait q̄ impossibile est. sed q̄ difficile est. qđ  
em̄ impossibile est. om̄ino fieri nō potest Cris.  
Vel dicens difficile ostēdit esse impossibile et nō  
simpliciter sed cū quadā intencōne Et hoc ostēdit  
exempli odi. facilius est came. p̄ fora. acus trans  
sire q̄ diuitem intra. in regnum dei Theo. Ca  
meluz siquidē optet intelligere aut ip̄si animal  
aut funem illum grossum q̄ naues magne vtunt̄.  
Beda. quō ergo vel in euāgelio mathe⁹ et ioseph  
vel in veteri testamēto q̄ plurimi diuites intra  
uerūt in regnū dei nisi forte qz diuicias vel p̄ ni  
hilo habere vel ex toto relinquē domino inspirā  
te didicerūt. Altiore autē sensu facilius est xpm̄  
pati. p̄ dilectorib⁹ suis. q̄ dilectores sc̄li ad xpm̄  
posse auerti Cameli em̄ nomine se intelligi voluit  
quia infirmitatis nostre onera sustulit. p̄ acū au  
tem significat dolores in passione susceptos. fora  
men ergo ac⁹ dicit. angustias passionis. qua sc̄i  
sa nostre quasi vestimēta nature quodāmodo re  
sarcire dignatus est. Sequit̄. qui mag. ad mira.  
dic. ad semetip̄os. Et quis potest salu⁹ fieri. cū  
incompabilit̄ maior sit turba paupum. que diui  
tib⁹ p̄ditis potest saluari. intellexerūt tamē cū  
tos qui diuicias amāt. etiam si adipisci nequeant.  
in diuitum numero deputari. Sequit̄ et intuens  
eos ihesus ait. Apud homi. impossibile est. s̄z nō  
apud deum. quod nō ita intelligenduz est quasi  
cupidi et supbi in regnū celoꝝ. sine intraturi. cū  
cupiditate et supbia ad caritatē et humilitatem cō  
uertantur. Cris. Theo autē hoc opus dei esse  
dixit. vt ostēderet q̄ multa opus ē illi gracia. q̄  
ad hoc a deo dirigitur. Vnde mōstrat q̄ nō par  
ua merces est diuitibus valentib⁹ cristi philoso  
phia sequi Theo. vel intelligendū est q̄ dicit  
apud homines imposs. est. sed non apud deū qz  
cum deum audimus. hoc fit possibile. Cum vero  
huāna sapim⁹. ipossibile Sequit̄. Omnia em̄ pos  
sibilia sūt apud deum Cum omnia dicit. enca sub  
intelligas. Peccatum em̄ non est ens. Est em̄ res  
absq; ellencia et hypostasi peccatum Vel aliter.  
Peccatum nō virtutis sed infirmitatis est et ideo  
peccatuz sicut et infirmitas impossibile est apud  
deum. Sed nūquid deus facere potest vt id qđ  
factum est. non sit factum Ad quod dicit q̄ deus  
est sūma veritas. facere autē quod factum est. vt  
nō sit factum falsū est. qualiter ergo veritas fa  
ciat falsū. Prius igit̄ destruet. p̄p̄iam naturam

ut quidam dicunt. Nunquid  
deus. hoc enim ridiculum est.

Et cepit petrus ei di-  
cere. Ecce nos dimisi-  
mus omnia et secuti su-  
mus te. Respondens  
ihesus ait. amen dico  
vobis. Nemo est qui  
reliquerit domum aut  
fratres aut sorores aut  
patrem aut matrem aut  
filios aut agros propter  
me et propter euangelium  
qui non accipiat cen-  
tencias tantum nunc in  
tempore hoc domos et  
fratres et sorores et  
matres et filios et agros  
cum persecutionibus et in  
seculo futuro vitam eter-  
nam. Multi autem erunt  
primi nouissimi et no-  
uissimi primi.

et secuti sumus te. quasi diceret. fecimus quod iussi-  
sti. quid igitur dabis nobis primum. Petro autem de di-  
scipulis tunc interrogante. dominus vniuersalem respon-  
sionem facit. Unde sequitur. respondens ihesus ait  
Amen dico vobis. nemo est qui re. do. aut fratres  
hoc autem dicens. non mouit ut patres relinquamus  
sed nos instruit proferre honorem dei secularibus  
rebus. Crisostomus. Michi autem videtur. quod in hoc intens  
debat persecutiones futuras occulte pronuntiare. quia  
futurum erat ut multi patres ad impietatem filios  
inducerent. et uxores viros. Non autem differt dis-  
cere propter nomen meum. aut propter euangelium ut  
marcus dicit. aut propter regnum dei ut ait lucas  
Et enim nomen christi virtus euangelii est et regni.  
Euangelium enim recipitur in nomine ihesu christi et re-  
gnum dei pro nomen ipsius cognoscitur et venit.  
Beda. quidam autem ex occasione huius sententiae quae  
dicitur. accipiet centenas tantum nunc in tempore hoc  
iudaicam mille annorum fabulam post resurrectionem  
iustorum dogmatizant. quibus omnia quae propter deum  
dimisimus multipliciter sunt fenore reddenda. in super-  
et vita eterna donanda. nec videtur quod et si in ceteris  
digna sit promissio. In uxoribus tamen centenas iuxta  
alios euangelistas appareat turpitudine. praesertim  
cum dominus in resurrectione nubendum non esse testetur  
et ea quae propter se dimissa fuerint. recipienda in hoc  
tempore cum persecutionibus asseueret. quas mille an-  
nis suis abesse affirmat. Crisostomus. Est quidem igitur  
centenas tantum merces secundum conuincationem et non

potest deus non esse  
Glosa. quia inue-  
nis audito consilio sal-  
uatoris. de rerum dis-  
missione. tristis ab-  
scesserat. Discipuli au-  
tem christi promissis con-  
siliis iam adimple-  
uerat. sollicitate ce-  
perunt de primo esti-  
mantes se magnam aliis  
quid fecisse. cum inue-  
nis quae precepta legis  
impleuerat. hoc sine  
efficiencia nec audire po-  
tuerit. Unde petrus  
pro se et alijs dominum in-  
terrogat. Et hoc est quod  
dicitur. et cepit ei  
petrus dicere. ecce  
nos dimisimus omnia  
et secuti sumus te.  
Hieronymus. petrus si pau-  
ca dimisit. tamen haec om-  
nia vocat. nam et pau-  
ca habent vinculum  
passionis. ita ut bea-  
tificetur ille qui pau-  
ca reliquit. Beda.  
Et quia non sufficit  
tantum dimittere. inue-  
nit quod perfectum est

secundum possessionem hoc enim adimplet et eis do-  
minus non corporaliter sed alio quodam modo. Hieronymus.  
Uxor enim in domo circa viri cibum negotiat et ve-  
stimenta. Vide igitur hoc et in apostolorum multae cum  
mulieribus multae sollicitae erant de eorum cibo et ve-  
stimentis et ministrabant eis. Similiter et patres et  
matres plurimas apostoli habuerunt sed eos qui  
iplos diligebant. sed et petrus unam relinquens  
domum postea omnium discipulorum domos habebat. Et  
maius est quod cum persecutionibus haec omnia possidebant sa-  
tis. si persecutionem passi et angustiati. propter  
quod sequitur. Multi autem erunt primi noui. et nouis-  
simi primi. Probatur enim primi existentes facti sunt  
nouissimi. qui vero omnia reliquerunt. et christum  
secuti sunt. fuerunt nouissimi in seculo isto pro angu-  
stias et persecutiones sed erunt primi pro spem que est  
in deum. Beda. Potest sane hoc quod ait. accipiet  
et centenas tantum alicuius intelligi. Centenarius  
quippe numerus de leua translatus in texturam.  
licet eandem in flexu digitorum videatur habere fi-  
guram. quam habuerat denarius in leua. tamen qua-  
titatis magnitudine sursum creuit. quia videlicet  
omnes qui propter regnum dei temporalia spreuerunt  
et in hac vita persecutionibus plenissima eiusdem  
regni gaudium fide certa degustant. atque in expe-  
ctatione patrie celestis que significatur in dextera  
omnium electorum delectatione fruuntur. Verum quia  
multi virtutum studia non eadem qua incipiunt in  
tentione pietatis consumunt. mox subinfertur. Mul-  
ti autem erunt qui. Cotidie enim videmus multos in  
laico habitu constitutos. magnis vite meritis ex-  
cellere. et alios a prima etate spirituali studio fer-  
uentes. ad extremum otio torpente lasciscere. atque  
inerti stulticia quod spiritu cepere carne consumere.

Erant autem in via ascen-  
dentes hierosolimam  
et precedebat illos ihesus  
et stupebant et sequen-  
tes timebant. Et assu-  
mens inter duodecim  
cepit illis dicere que  
essent ventura. Quia  
ecce ascendimus hie-  
rosolimam. et filius ho-  
minis tradetur principi-  
bus sacerdotum et scri-  
bis et senioribus. et con-  
demnabitur eorum morte.  
et tradent eum genti-  
bus et illudetur et con-  
spuent eum. et flagel-  
labunt eum. et interfici-  
ent eum. et tertia die  
resurget.

Beda. Meminerat  
discipuli sermonis.  
